

h. II, 8. QK. 2, 8

(x1883947)



BPABEIA
POST
TORNEAMENTA
PHILOSOPHICA

XXXV
BENE MERITIS CERTATORIBUS
A
MUSIS PHILYRÆIS

D. XXX. JANUAR.
ANN. CHRISTI MDCCXC.

SOLENNITER DISTRIBUTA,
ET
PEGASEO CARMINE,
QVO IPSO VETERUM SAXONIÆ REGUM
AC DUCUM ADHUC GENTILIUM HISTORIA
AB OBLIVIONE VINDICATUR,

CELEBRATA
A
L. JOACHIMO FELLERO, P.P.
ET ACAD. BIBLIOTHECAR.

LIPSIÆ,
Typis CHRISTOPHORI FLEISCHERI.



BRABEIA
TORNEAMENTA
PHILOSOPHICA
BRNE MERITIS ORKTA FORLMS
MUSIS REHYKAS
ANN. CHRISTI 1572



AD
TORNEAMENTORUM
PHILOSOPHICORUM

DUOS PRÆFECTOS AC JUDICES
PRIMARIOS,

RECTOREM ACADEMIÆ

MAGNIFICUM,

EUNDEMQUE

PRO-CANCELLARIUM

SPLENDIDISSIMUM

**DN. L. ADAMUM
RECHENBERGIUM,**

HISTOR. ET UTRIUSQUE LL. PROF. PUBL.

ET MAJOR. PRINCIP. COLLEGII COLLEGIATUM &c.

ET

INCLITÆ FACULT. PHILOS.

DECANUM SPECTATISSIMUM

**DN. L. JOHANNEM
CYPRIANUM,**

PHYS. PROF. PUBL. ET MAJOR. PRINC.

COLLEGII COLLEGIATVM &c.

ELEGIDION.

B Iga Virum, quos jam ceu Reges Pindus
honorat,
Quorum alter violas, alter & ostragerit,
Saxonicos en! sisto Duces, Regesque vetu-
stos,
Nomina quorum atra nocte sepulta ja-
cent,
Hæcque novis tribuo, sed vestra pace, Ma-
gistris,
Saxonicae in secla ut gloria Gentis eat.
Saxea Saxonibus sed carmina scripta vi-
dentur,
Namque aliquid duri nomina prisca so-
nant;
Addite sed Charites Vestras, facilesque
Camenas,
Et quæ saxea erant carmina, mollia e-
runt.



INTROITUS.

S At veteris stupuit certamina publica Romæ,
Sat ludos, Gens Graja, tuos, Nemeesque tri-
umphos
Teutonie admirata fuit, non horrida sylvis
Sit licet, ut quondam, Clariis alienaq; Musis,
Sed cultas inter longe cultissima gentes,
Providaque Aonidum, bina ultra secula, mater.
Divitias tandem ipsa suas, moresque vetustos
Excuiat, patriosque canat Germania ludos,
Principe vel dignos vatum. Et cur quærimus extra
Teutonium in Latio semper terrisque Pelasgis
Lumina virtutum, nostræ aspectanda juventa,
Cum meliora domi virtutum exempla coruscent
Teutonas antiquos inter, quos bellica virtus,
Et nunquam temerata fides ad sidera vexit?
Plura coruscarent quæquam, si gesta Maronem
Incluta nacta essent aliquem, qui cuncta notasset
Carmine perpetuo, ac serum misisset in ævum.
Sed quia præ doctis placuit Bellona Camenis
Teutonibus cum Marte suo, nulla illita chartis

A

Facta,

Facta, inclusa tamen metris, cantataque crebro
 (Namque alii haud illis Fasti annalesque fuere)
 Ad paria ut teneram lata inter pocula pubem
 Tentanda incensum Patres cum matribus irent.
 Gesta igitur tot mersa jacent in nocte profunda,
 Quæ vel Achilleas potuissent vincere palmas,
 Et lauros, Pellæ, tuas. Non defuit autem,
 Qui Brenni, quique Arminii generosa referret
 Prælia, & æternis mandaret singula scriptis,
 Quæ tanti gessere Duces, de gente Quiritum,
 Ut fuerit, nostrisque adeo haud æquisimus oris.
 Celtarum quid gesta canam, quid gesta Gothorum,
 Saxonidumque & Norvagidum, veterumque Scytharum?
 His etenim stirps una fuit, lingua unaque cunctis,
 Sed variis distincta sonis, lingvisque Latina
 Argolicaque antiqua magis. Sed clarius isthæc
 *Præschius exposuit, Bavari ingens sidus Olympi,
 Arctoi que poli rutilum Morhofius astrum,
 Quos cœptis instare sinant pia Numina, & Orbi
 Pierio superesse diu. Certamina sed quæ
 Teutonum, ais, ludosque ecquos retulisse minaris,
 Qui septemgemina Domina vel Græcia agonas
 Exæquasse queant aliqua. Sic prima Dearum
 Occinit Aonidum, Plisinum affata Poëtam,
 Talia conantem toti incinuisse teatro.

Ille

* Joh. Ludovicus Præschius in duplici Dissertatione de Origine Germanica Latinæ Lingvæ, & D. Morhofius in lib. de Origine Lingvæ Poëseosque Germanicæ c. IV; qui & librum Originum Germanicarum se editurum in præfatione promisit.

Ille verecundo demittens lumina vultu,
Haud vanus jactator, ait, Regina, videri
Falsidicusque velim blatero, qui pectora gesto
(Audiat hoc Candor!) niveis mage candida Cygnis.
Ludicra, * Rixnero si fas est credere, primus
Si non instituit, certe instauravit in arvis
Teutoniae, HENRICUS Saxo, qui dicitur AUCEPS,
Induperatorum fortunatissimus unus;
Scilicet ut Ducibus, repressis fortiter Hunnis,
Gaudia magnanimis faceret post tædia belli
Plurima barbarici, Trojaque reduceret agmen
Quoddam, & magnarum praeludia publica rerum,
Liligeri exemplo regni, regniqve Britanni.
Lata etiam leges, ne quis nisi gentis avita,
Flagitioque carens hastas opponeret hastis
Et gladios gladiis; quin probra & præmia certis
Fixa à iudicibus nulla loligine tinctis,
Sed justis studium quos nobilitarat & æqui.
Horum Equitum, galeas, contosque ensesque ferentum,
Quos color, & scutum, & pulcer distinxerat ordo,
Primum adsunt alii, ** manibus quasi septa tenentes,

A 2

Dein

* Georgius Rixnerus edidit ein Thurnier-Buch/ quod opus prodiit in urbe Simmera A. 1532. sed vid: Cl. Bœcler. in Henrico I. p. 263. & D. Georg. Schubartus, Professor Jenensis, in de ludis equestribus c. II.

** Certantium in ludis equestribus alii vocantur *Mantenitorn*, alii *aventurierer*. V. Rixner. l. c. & præter plurimos alios, qui de ludis id genus extant, die Durchlauchtigste Zusammenkunft Dn. Gabriëlis Zschimmeri, Consulis Dresdensis, in notis f. 40. seqq.

Dein adventantes alii concurrere prompti,
 Classica si signum dederint, raucique tumultus.
 Nec mora; fit concursus equis utrinque citatis,
 Jamque cadit veleques vel equus; sed transvolat alter,
 Spectantum plaudente choro, letusque triumphat.
 Fit quoque concursus pedibus, franguntur & enses
 Post trabeas, ludisque aliis solenne peractis
 Præmia victori donat vel fœmina princeps
 Aurea, vel viridem lectissima Nympha corollam.
 Sed victos sua probra manent. Si vera recensent
 Histores, hæc primum spectacula equestria vidit
 Parthenope, invictis subjecta hoc tempore Brennis,
 Post alia atque alia magnæ Germanidos urbes,
 Hasque inter Philyræ vicina urbs Martia, Marti
 Sacra olim, & multis Hala irrorata salinis.
 Namque celebrari ut solennia talia possent
 Sæpius, electi celsa de stirpe Dynastæ
 Bis bini, Bavarus, Rhenanus, cumque Suëvo
 Francus, Prætorum ante alios cognomine clari,
 Ut cuncta instruerent ludis sapienter in istis,
 Transferrentque adeo morem ad ventura receptum
 Secula, in æternum Germanæ gentis honorem.
 Ludorum nec fractus honos, & gloria ab ævo
 Aucupis augusti; & qua non Alemanniæ in aula
 Excelsi sive vere Duces, * Comitesq; virique Nobi-

* Præter Rixnerum testari id possunt Joh. Wagnerus in de ludis e-
 questribus Monachiensibus A. 1568. de Düßeldorffensibus Diete-
 ricus Graminæus A. 1587. de Cassellanis Wilhelmus Dilichius
 A. 1598.

Nobilibus nati Patribus, nec labe notati,
 Nunc pedites fregisse sudas, fregisse macharas,
 Nunc equites magno ob pretium decurrere campo?
 Non ignota loquor. Jam si componere magnis
 Parva licet, gemina Aoniis cernuntur in umbris
 Omnia, quæ paucis facile est exponere metris,
 Pace tamen, Regina, tua. Certe æquoris instar
 Hæc Philyre campestris habet, ubi prælia fervent
 Doctifica; hastatis similes sunt enseque cinctis,
 Qui svada ante alios ac mentis acumine poltent;
 Et manitentes equidem, (si barbara fas est
 Immiscere) theses qui defensare paratos
 Se sistunt cathedræ in summa statione velima,
 Ast adventantes, pugnant qui tmemata contra,
 Partis & oppositæ frameas infringere tentant;
 Metam cumque sibi certam præfigere quivis
 Musicolûm soleat, tetigisse laboret & iliam,
 Quidnam hoc est aliud, pensum quam currere ad orbem,
 Quale quid in longa gens aulica ludit arena?
 Nec Nymphæ heic desunt, vincentibus incluta dantes
 Præmia, puniceas mitras, laurosve virentes,
 Cumque illis gemmam in rutilo quæ fulgurat auro.

A 3

Quæ

A. 1598. de Wurtembergensibus M. Johannes Öttingerus A. 1610.
 de Dessaviensibus A. 1613. & 1614. celebratis Anonymus quidam;
 quibus addendum insigne opus jam allegatum amplissimi
 Zschimmeri, quod auspiciis ipsius Sereniss. Electoris Saxoniae, JOH.
 GEORGII II. nunc beatissimi, cum faberrimis figuris Dresdæ A.
 1679. publicatum est.

Quæ Nymphæ? Vos Pierides, vos estis, honores
Quæ meritis fertis, postquam spectastis agones
Illos, ac varias Phœbea in gymnade pugnas,
Tu vero ante omnes, quæ pars es prima Sororum,
Calliope. Sed Cæsare opus, quo prælia fiant
Auspice, ais; quin Principe opus notoreque certo,
Qui tempus pugnae atque locum designet equestri,
Provocet & fortes ad ludicra bella Dynastas;
Quin & bis binis opus est Prætoribus, arma
Qui lustrent Equitum, ac præsent concursibus ipsis,
Probraque decernant victis ac præmia dignis.
Audio, Calliope. Sed nonne hæc cuncta geruntur
Cæsaris indultu? Cæsar permisit Athenas
Exstrui ad hunc Plissam; Cæsar decernere lauros
Jussit promeritis; Cæsar quoque sceptraque & ostrum,
Cæsareum ac regale decus, conferrier olli
(At quantum hoc!) voluit, Pindi qui gestat habenas,
Quas summa cum laude gerit nunc strenuus Hector
Pallados in campo, & magnus, RECHEBERGIUS, histor,
Qui simul & MARTIS, sed CHRISTI sanguine
tincti,

Jam prudenter obit partes, ac præsidet urnæ
Arbiter ut princeps. Ludos indixit Iani
Mense celebrandos, promisit & optima Phœbi
Munera, qui fortes fuerint in agone reperti,
Naturæ omniparæ CYPRIANUS lynceus Hermes,
Qui Sophici nunc Alpha chori est. His quatuor adsunt
Censo-

Censores, Bavari *FELLERUS* nomine *mactus*,
Saxoniaeque sua *HESHUSIUS* prænobile germen,
Svadaque qui nostra est, *SCHMIDIUS*, transcripta
Polonis,

Gloriaque *ERNESTI* meliorum magna Myforum.
Quid censes, *Diva*, esse super? simulacra minores
Magnarum videt esse scholas, *Regina*, scholarum,
Et quia lux *Jani* donandis dicta *brabeis*
Proxima ab extrema est, fiat prius, occipit, *armi-*
Lustrum, & instructo gymnasmata ad annua campo
Censorum quadriga suo cum principe cernat,
Legitimo num patre sati, num crimine puri,
Num *Sophicis* certare queant gladiisque *saris*isque,
Et medium mediis tetigisse in cursibus orbem.
Nos *Musæ* interea laurosque aurumque paramus,
Ut sua promeritis detur post praelia merces,
Et nunquam moriturus honos. Sed scuta quis ornat
Certantum eximio & factis emblemate digno?
Vincentum quis gesta canit, quis & inserit *Albo*
Nomina Mnemosynes, seris memorentur ut annis?
Suscipe age hoc operis, bis sex perfunctæ labores
Id genus, o *Vates*, & si quid fingere mens est,
Utere libertate tua. Licet atque licebit
Vatibus in quasvis quidvis transvertere formas,
Nominibusque notare aliis, aliisque figuris.
Dixerat: Is *crambes* toties totiesque recoctæ
Pertæsus, renuit primum, ast parere coactus

ADo-

*A Domina: assurgo divinis jussibus, inquit,
Sed si fas propero percurrere singula versu,
Et mihi non clypeos tantum pinxisse rotundos,
Sed veteres etiam licitum est inducere Reges
Saxonia, longa veluti caligine mersos,
(Quanquam illos hodieque Arx Hartensteinia pictos
Exhibet, Ensiferi Herois gratisima sedes
Torgavia muros propter). Sic nomina namque
Contumulata diu dias revocantur in auras,
Et sua Saxonibus renovatur gloria priscis.
Annuit illa lubens. Postquam ergo fortiter omnes
Pugnarant Sophicis bastis, Sophicisque macharis,
Orbemque attigerant medium feliciter ic̄tu
Multiplici, qui vis lauro maclatur & auro,
Pieridum donante choro, plaudenteque Pindo,
Nomina moxque illis sua dat simulacraque Vates.*

Materia hujus inventionis poeticæ desumpta est ex libro Germanico in Paulina nostra extante, cujus hic est titulus: *Auszug der ältesten und fürnehmsten Historien des uhralten streitbaren und beruffenen Volckes der Sachsen/ insonderheit aber des Kayserlichen/ Königischen/ Chur- und Fürstl. Stammes der Groß- und Herzogen zu Sachsen/ aus dem dritten Buch der Sächsischen und Meißnischen Chronick Petri Albini Nivemontii, Churfürstl. Sächs. Secretarii, durch fleißiges Nachdencken und invention Heinrich Gödigen/ Chur- Sächs. Mahlern/ in Kupffer bracht/ und von ermeldten Albino mit notwendiger Beyverzeichniß illustriret/ und in Druck verfertiget zu Dresden durch Gimmel Bergen Anno 1597.*

*Fingere sic fictor voluit, quod pingere pictor,
Audendi nam jus semper utrique datum est.*

I. THOMAS

I. THOMAS PAULUS STEGERUS,
Lipsiensis.

DUm facio flores, inscriptos nomina Regum
Saxonæ, ex illis, Phœbi quos Daphnide dignos
Agnoscat censura Patrum, tibi nobile nomen
LUDVICI tribuo, Holfaticis qui sedit in agris
Sceptrafer ut Saxo, sibi conjunxitque Sicambros.
Nobile namque & stemma tibi est. Pater ipse revulsus
Est equidem immiti jamdudum à forfice Clothus;
Ast in te, STEGERE, Patris revirescit imago,
Lipsiaci quondam Ambrosii. Tibi FRITSCHIUS olim
Ceum palmæ pressæ, Mysiis nunc pastor in arvis,
Affudit primos latices ex fonte Camenæ
Terternæ, ut sensim posses exurgere in auras.
Sed post fata tui Patris Annæ in montibus altis,
Quos petere atra lues bina ante hæc lustra jubebat,
KUHNIADÆque favor, jam nunc Gedanensis Oniæ,
LEHMANNUS, totus tum docta Aganippide plenus,
Nunc Jordane sacro, cumque ad tilieta redisses
Patria, SCHWOPIADES, nostrique Theocritus ævi
HERRICHIUS, mage limpidulis te perpluit undis.
At quid non docti sensisti in monte madoris
Aonio hoc, cum te WEISI jam dextra Borussi,

B

Urna-

LUDVICUS *
Emblema in
Scuto:
*Palma, ex
qua aliqui
rami avulsi.*
Lemma:
*Ulna avulsa
non deficit
alter.*

* *Lutz* vel *Ludwig* fuit Rex Saxonum antiquissimus sic dictus quasi *Leutewig* h. e. *hominum perfugium*. *Wick* enim vel *wig* est vetus vox Saxonica, & significat *perfugium*; V. Lutherus in *Onomatol. German. n. IV. & Cl. M. Wegenerus* ad h. l. ut & Schottelius in opere de *Lingua Germanica* p. 1071. Regnavit autem Ludvicus anno ante Christi nativitatem 440. sic referente ex *Chronico Saxonico-Misnico Petri Albini Henrico Gödig, pictore Electorali Saxonico* in libro jam allegato in litera *U*.

Urnaque MOLLERI, STEPHANI urnaque sancta rigaret,
 Jam magni ALBERTI Permessis, & Hippocrene
 Melliflui SCHMIDII totum te redderet udum.
 Quid non in roseis, Varnus quas lambit, Athenis?
 Ingeni ubi & vires, BILEFELDO præside, sese
 Exeruerè magis, Phœbi applaudente theatro?
 Namque & ibi ceu palma virens, STEGERE, virebas,
 Castaliis perspersus aquis. Majora sed addit,
 Septa intra patriæ, crescentibus incrementa
 Frondibus, antiqui MACARI vel nomine dignus
 SEELIGMANNADES. Nec Sol tibi defuit unquam
 (Defiet & nunquam!) Patrii Sol ipse Senatus
 STEGERUS; namque hic radiis huc usque benignis
 Te lustrat, patrios haud reflexurus ocellos.
 Affulget quoque blanda Charis, lumenque paternum
 FRIESIADÆ, Celsi egregii, affinesque Thaliæ,
 Mercurius quas noster amat. Si creveris ultra,
 Eximium Patris instar eris, Patrisque virebis
 In morem, ut sanctum turbatæ gentis *asylum*.

II. CHRISTIANUS Schulz/ Dresdensis.

ROLO *
 Emblema in Scuto:
Mons ar-
dens.
 L.
 Ego semper.

Heroem in publica sistebas nuper arena,
 Quo magis excelsus nunquam conspectus in orbe
 Invictusque magis; neque non heroica visa est
 Vis animi virtusque tui, magni ergo *Rolonis*

Nomen

* *Rolo* vel *Rulo*, Dux vel Rex Saxonum, qui ante Christum natum A. 311, floruit. Gödigio, vel potius Albino idem est, quod *Rudolphus*. Rudolphus autem Luthero dictus videtur quasi *Ratbhulfus*, *consilio auxilians*, in Onomatol. Reg. I. Conf. ad hunc Wegnerus in notis p. 83. & Schottelius l. c. p. 1077.

Nomen habe, qvi Saxonicae fuit inclutus Heros
 Gentis, dum Sophies gymnasmata equestria fingo,
 Aonia indulgente Dea. Flagravit in ipsis
 Mens tua Musarum studio puerilibus annis,
 Jamque aliquid nondum patrio digressus ab antro
 Grande minabaris. Patris ergo percitus cestro,
 Qvi veteris Dresdae augur erat sanctissimus olim,
 Arfisti ulterius; moxque addidit ignibus ignes
 KROSNERUS, patriae lux non obscura juventae,
 Atque PETERMANNUS, Misena Phosphorus urbis,
 Cui debes haud vile jubar. Sed qualiter Aethna
 Majores quandoque solet protrudere flammam
 Consvetis, magnique aliquid portendere regnis:
 Taliter, ad nostras ubi te impulit ardor Athenas,
 Illico mens animi tua flagrantissima, SCHULZI,
 Reddita, non vulgare aliquid promisit amicis.
 Scilicet incensa est, plusque est indepta calor
 Solibus a Philyrae, doctum illustrantibus orbem,
 Qveis propior tum facta fuit. Nam luce flagranti
 Affulsere tibi ALBERTI, Sol Panophus Haemi,
 Et RECHBERGERUS, Tyrio nunc splendidus ostro,
 MENCKENIUSque, aliis lux & notissima terris.
 Affulsere etiam Sophici reliqua astra Senatus
 PFAUZIADIS, SCHMIDIUS, DICELIUS atque FRIDRICI
 HARDTIADISque & SCHWERTNERUS, jam stella Sionis,
 Lunula quos inter Vatis quoque fida refulsit.
 Lumina nec radios tibi subtraxere faventes
 Suprema Eusebies, nostro fulgentia Olympo,
 CARPZOVIUS, cujusque OLEAE stirps germinat instar,
 PFEIFFERUSque, almae nunc lux divina Lubecae,
 Non sine RIVINO, SEELIGMANNOque, coruscis
 Eusebiae facibus. Sic ergo totus inardes,
 Sicque ego *semper* ero, dum spiritus arserit, inquis.
 Arde agedum, lux semper erit tibi maximus Heros,
 Quem tua defendit nuper vox pennaque, CHRISTUS.

SIGEMERUS*

III. IRENÆUS CRUSIUS,

Borna Misnicus.

E.

*Laurus inter
boreales ven-
tos & solem.*

L.

*Haud hieme,
minus aestate.*

AXe sub Arctoo spiras, clarissime CRUSI,
Arctoi ergo tibi tribuo jam nomen & omen,
Qui Sigmerus erat, Regis. Prænomine pacem
Fers eqvidem præ te, sophicis sed strenuus armis
Semper eras, jamque & victricia signa reportas.
Vincere jamdum alios cœpisti in mollibus annis,
Cum te FROELICHIUS Clarios ductaret ad amnes,
Bornæ intra fines patriæ, haud temnendus Apollo,
KUHNIADESque, sacrae nunc affixissimus aræ.
Vicisti at plures Mysiæ intra septa Cremonæ,
ARCITENENS cum te Phœbus reliquamque catervam
Musicolûm ad Moldam castra ad majora vocaret,
Cumque PETERMANNO, qui sceptrâ scholastica gestat
Post illum, ac SCHOENBACHIADES, qui rivuli ad instar
Limpiduli docto ore strepit, resonusque JACOBI.
Nec victor non faustus eras in gymnade nostra,
Ensiferæ quæ sub Rutæ alto tegmine floret.
Arma etenim sua sponte dabat tibi maximus Hector
Nunc Pindi, & sophicis temere haud superabilis armis
RECHENBERGERUS; sua tela & fortis athleta
Contulit ALBERTI, SCHMIDIUSque ad bella paratus,
Sive ea Panophie, sive Eusebie ipsa requirat.
Sed tibi quid, quæso, post illos addere Vates
Roboris heic potuit? KESII tamen optimi amores
Conciliare tibi potuit, quem dixeris ipsum
Mercurii corclum, doctæ corclumque Minervæ.
Decerpsti interea primam post prælia laurum;
Jamque & summa venit Livonûm laurus in oris
Nunc tibi degenti, sophicis dignissima bellis.

Grator

* Sigmerus, it. Sigomarus, Rex Saxonum dictus Siegmair/
quasi Siegherr. V. Schottel. l. c. p. 1084. Fuit hic Her-
manni seu Arminii pater. V. Adelarius Erichius in Chro-
nico Juliaco lib. i. c. 24. p. 49.

Grator ego has lauros, CRUSI; gratabitur illas
 Et tibi Rigensis Chrysoftomus ille, BREVERUS,
 Huicqve æquale decus CASPARI, ac WITTIUS, histor
 Inclutus, & vatis meliori carmine dignus,
 Et carum ejusdem corclum, MEINERSIUS, urbis.
 Grator ego has, inquam, lauros, omenqve subaddo:
Irenæus eris, nisi mens mihi læva, sub Arcto.

IV. PETRUS AMBROSIUS *Lehmann/* WERICUS*
 Döbela Misnicus. E.

PRæfixa est jam meta tibi, LEHMANNE, laborum,
 Quos Sophies sibi poscit amor. Sis ergo *Wericus*
 Impiger, & telum mitte haud cunctatus ad illam,
 Quam tetigisse monet Patris exemplum atqve voluntas.
 Venator *Wericus* erat, Rex ille vetustus
 Saxonidum; nonne & Clarias venarier artes
 Cœpisti in patriis WALLRICI præducis umbris?
 Sed mage sollicita crebraqve indagine cervos
 Quæfisti Aonios Misenæ in saltibus Afræ,
 Lustra ubi monstravere tibi tria lumina sylvæ
 STERNBERGERIADES, KIRSTENIUS atqve
 GLEDITSCHI

*Manus ar-
 mata telum
 missile li-
 brans.*
 L.
Tolle moras.

Nomen habens, ac WILCKIADES, oculatior Argo.
 Nostra sed ad Plissam vallis peramæna rosarum
 Ferventem instruxit sensim majoribus armis,
 Quæis feriisse feras posses feliciter omnes,
 Quas Sophie feriisse jubet. Nec nulla fuerunt
 Astra tibi in lucis lucem ostendentia opacis;
 Dictynnæ namqve instar erat tibi dædala Pitho
 Slesiaci SCHMIDII, magni ALBERTIqve Thalia
 Pansopha, & has præter Mneme polyhistoris, ostro
 Nunc rutili, RECHEBERGERI, ac Prudentia MENCKI,

B 3

Et

* *Weric* vel *Wirich*/ quasi *Wehrreich*/ fuit Rex Saxoniae ante N. C. 382. v. Gødigijs l. c.

Et CYPRIANI Erato, Physicos scrutata recessus,
Et vere Cygnea fides candorqve Poetæ,
Qveis etiam sese FRANCKSTEINI Gratia junxit,
Cui notum omne Sophôs præter iustra omnia juris.
At tibi post lauros nostras Libani omnia sancti
Abdita monstrarunt tria lumina summa Sionis,
LEHMANNUSqve & CARPZOVIVS, qvemqve ornat
OLIVA,

Claraqve Nicolea fax SEELIGMANNUS in ara.
Jamqve feram feriisse potes, LEHMANNE, petitam;
Ergo feri, feriisse jubet te candidus Heros
MILTIZIVS, Rutæ Ensiseræ, te SCHUTZIVS almæ
Enthea lux Patriæ, Patriæ prudensqve Senatus,
LEHMANNUSqve tuus patruus, fax sancta popelli,
Instigat, cumqve his KOEHLA U, Cyllenii amicus,
Ante alios vero SCHMIDIUS, tibi duxqve paterqve
Qvi fuit, ac plures ultro tibi spondet amores.

ERICUS *

E.

*Sagitta ad
metam vo-
lans.*

L.

*Nec citra nec
ultra.*

V. JOHANNES ZACHÆUS Scheubner/
Penicensis Misnicus.

Saxonica telluris honos non parvus *Ericus*
Qvondam erat, ast Danos hostes expertus iniquos.
Huncce repræsentas Sophici dum *dives honoris*
Trajicis in mediam felicia spicula metam,
SCHEUBNERE. Hæc qvondam docuit te mittere in antro
Chemnicii ARNOLDUS, Claræ fax clara juventæ,
Et SCHULZI laudanda fides, sed missus Athenas
Ad Mysias, qvas Plissa rigat cum flumine Elystri,
Sic tetigisse scopum didicisti, ut tela *nec ultra*
Nec citra caderent. Nam præivere vel Argo
Centoculo ratione pares ac lumine acuto

ALBER-

*Ericus Rex Saxonum dictus quasi *ehrenreich*/ latinis *Orgentorix*
& *Orgetorix*, v. Schottel. l. c. p. 1053.

ALBERTI, HESHUSIUS, CYPRIANUS, MENCKIUS,
HARDTUS,

Et WEIDLINGIADES, Themidos jam Daphnida nactus,
Quique queunt lynces quidam in varia arte videri,
WESTPHALIUS cum REDELIO, clarusque FRIDRICI,
Omneque qui punctum fert, SEELIGMANNUS, arena
In Sophica diaque simul. Sed tendere & arcum
Te docuere sacrum CARPZOVIUS ac RIVINUS,
Lumina Thomani prælustria bina Sionis,
Jamque feris metam, medium jam trajicis orbem,
Promeritosque refers Plissini Heliconis honores.
Maeste age, maeste isthoc, meritissime Lauriger, ictu,
Incipe jamque sacrae tua tela infigere metæ.
Dapsilis ipse tuus KIRSTENIUS ausa secundat,
Luzensi præfectus agro, *Polluxque* refulgens
Naturæ in regno, mysta & melioris Hygææ
GARMANNUS, quo Chemnicium ac vicinia gaudet;
HEUBLERUSque, Aulæ Pallasque & Svada Geranæ,
Ante alios vero Patriæ illustrissimus HEROS,
Qui te vix natum vidit, viditque renatum.

VI. JOHANNES FRIDERICUS NICO-
LAI, Ileburgensis.

Victoris jam nomen habes à Patre verendo
Acceptum, æthereis qui dudum intermicat astris;
Sis ergo in ludo Sophies *Sigericus* equestri,
Qui Danis gravis hostis erat. Tibi fulminis instar
Mors erat ista Patris Witekindi in monte sepulti;
Ingenium sed laurus erat, virtusque feriri
Nescia, quæ cunctos etiam vicere labores.
Utrumque excivit puerili in flore RIDELI
Sedula dexteritas, jam Bücham sacra docentis,

Postque

* *Sigericus* Rex Saxonum dictus quasi *Siegreich*/ qui regnavit
ante C. N. A. 182. Vid. Gødigijs l. c.

SIGERICUS *
E.

*Laurus à
fulmine in-
tacta.*

L.
*Vincit vim
virtus.*

Postqve hunc SOMMERUS, patriæ fax prævia pubis,
Cum socio ANDREÆ; stimulus nec defuit acer
FRIDRICI atqve HEBENSTREITI, qvos dia vocavit
Vinea. Sed victrix tibi vis est indita demum
Culmine in Afrano, Phœbea ubi corcula format
WILKIUS, ante alios Epicharmus clarior unus,
Qvem STERNBERGERI, qvem KRAUTI, qvemqve
GLEDITSCHI,
JUNGERIqve & KIRSTENII juvere Camenæ.
Vincere sed gravibus vel saxea pectora verbis
WEISIADES docuit te, Zittaviensis Apollo,
Vincere & Agnoeam Grajorum in finibus ortam
MIRUS, & huic junctus melliti CURTIUS oris.
Sed Pindus superandus erat. Pindi ergo petisti
Summa, & Achilleas cœpisti acquirere vires,
Hisqve & barbariem & mores domuisse rebelles.
Hector erat RECHEBERGIADES tibi, Rector in Hæmo,
Hector & ALBERTI magnus, MENCKENIUS Hector,
Hector an & vates? certe CYPRIANUS & Hector
Extitit, adjutus GUNTHERI fortibus armis
GROSSERIqve tui. Sanctos, hos præter, Achilles
Semo OLEAS spirans, SEELIGMANNUSqve probarunt
Se tibi, & hæreticas docuerunt vincere turmas.
Jamqve & victor ades felix ac fulminis expers.
Nam laurus te sacra tegit. Maeste ausibus istis,
Maeste animi virtute ista victrice, PATREMqve
Porro referre tuum magnis conatibus insta.
Conatus Themidos tria lumina magna secundant
FRATER, & ECCOLDUS, RAPPOLDIADESqve, nec
unquam
Dêrit, WINCKLERUS, patrii alta columna Senatus.

VII. JOHANNES POSSECK,
Gaudio-Misnicus.

SEYFRIDUS *

E.

Globus caeli

& terra.

L.

Et Patri &

Patrie.

PUGNatum satis est, si pax post praelia tandem,
Seyfridique feras nomen, qui Saxonas inter
Reges, Uraniae excoluit creberrimus artem,
Cum Martis cessaret opus. Vis insita mentis
Te sancto Genitore satum stimulavit ad arma
Pieridum fumenda, puer cum parvulus esses.
Ergo tibi adjuncti Tymbræe gentis athletæ
MEISNERUS, quemque ipse Salæ submergier undis
Vidisti in rapidis, STRIBELIUS, atque sacрати
Nunc cultor JACOBÆUS agri; mox arte valentem
Grammatica te mammiferam pertraxit ad urbem,
Qui lingvas artesque tenet CELLARIUS omnes
Pectore, Pentathli Aonii cognomine dignus,
Nunc docta arma vibrans vicina in gymnade Martis.
Nec frustra. Logices illic arma, armaque Pithus
Quassa subinde tibi sunt illo hortante magistro,
KOEBERIQUE simul, FRATREM qui fervidus æquat,
Quem Phœbum sua Gera vocat. Sed grande theatrum
Lipidos ad Sophicas illinc te allexit arenas.
Heic igitur demum pugnavisti fortiter, ictus
ALBERTI, SCHMIDII, MENCKI ac RECHEBERGII acutos,
Et CYPRIANI artes Physicas edoctus, & HARDTI,
WEIDLINGIQUE Sophos, Hebræaque puncta ZOEGÆ,
MOLLERIQUE & WESTPHALII scita optima fandi,
Scitaque GROSSERI, Historiæ per prata volantis
Hybleæ instar apis; numquid me præside in umbrâ
Pugnatum & Claria, Magis ast pugnare lubebat
Inde tibi in campo Eusebies, sive arma moveret
LEHMANNUS, seu CARPZOVIUS, seu clarus OLIVÆ
Nomine Theiologus, sive HORNIUS ac PFEIFFERUS
Quondam Eoa sonans, seu sacro ex fonte redundans

C

RIVI-

* De *Seyfrido*, Rege Saxonum vide Gødigium in litera G.

RIVINUS, five ITTIGIUS, sanctissimus histor,
Seu SEELIGMANNUS, Philyræ novus ille Pericles.
Et bene, pugnanti merces nunc laurea fertur
Calliope abs ipsa. Spondet tibi commoda & ipsi
Pluria FALCKNERUS, Comes Augustæ arduus Aulæ,
BORNIADESque alter, Patrii fons osque Senatus.
Respires igitur, pugnis Sophiæque peractis
Sis summo & Patri & Patriæ servire paratus.

GELDERUS *

E.

*Anchora in
versa & in
cælum erecta*

L.

*Fata viam
invenient.*

VIII. JOHANNES GOTHOFREDUS

Hilscher/ Waldheimio Misnicus.

SAxonicos inter Reges *Gelderus* & olim
Marte *valens*, Danisque favens, sed terror & horror
Svecorum, fasces tenuit. Tibi nominis istud
Imposuisse placet (Regum sic postulat ordo)
HILSCHERE, in ludo dum jam versamur equestri.
Jamdiu & arte *vales* septemplice, ut artubus ipsis,
Et majora tibi non vane robora spondes
Eusebiæ in stadio, relegens vestigia in illo
PATRIS AVIque simul, quorum hunc in pegmate quondam
Lipsia Nicoleo audivit sancto ore disertum,
Alterum adhuc audit Waldheimi turba valentem
Eloquio Zeloque pari, quem Numina fervent.
Et vero est aliquid doctos habuisse parentes,
Et tritas vidisse vias; hinc calcar & ardor
Additur ingeniis, paria ut majorave tentent.
Sed ducibus fidis opus est currentibus ultro
Et studio in segni pariter. Tibi fidere fausto
Obtigit ad Moldam dux ARCU insignis Apollo,
Duxque PETERMANNUS, SCHUTZI qui munia præstat
Jam rude donati, cum SCHOENBACHIO atque JACOBI.
Sed conspecta tuæ magis est vis insita mentis, Cum

* *Gelder* quasi *multum valens*, fuit Rex & Dux Saxonum, qui
pugnavit cum Baldero, Danorum Rege. Vid. Gödig. l. c.
in lit. R.

Cum mammillaris Chiron CELLARIUS antri,
 KOEBERUSqve simul varias tibi panderet artes,
 Qvas Hellas Latiumqve tenet. Sed Martia demum
 Heic tibi arena data est, solidas ubi reddere posses
 Ingenii firmasqve magis, FRATRE auspice, vires,
 Qvi laurum cum laude gerens mage celsa minatur.
 Summi etiam te sponte duces, clariqve magistri
 Palladias docuere artes, certareqve pilis,
 ALBERTI ante alios, RECHEBERGIUS HESHUSIUSqve,
 MENCKENIUS, SCHMIDIUS, CYPRIANUS, VIRqve BEATUS,
 FRIDRICIqve, Sophum caput, Hebræusqve ZOEGA,
 Qveis etiam adjunxit se vates, pectora Cygnus.
 Jamqve fatis *validus* Phœbi diadema reportas,
 Majus adhuc aliqvod sperans, HILSCHERE, brabeum.
 Spera age. Te sperare jubet CARPZOVIUS, augur
 Maximus Eusebiæ, & Rutæ qvi pascit alumnos
 Ensisferæ, ALBERTI, vatisqve haud fellea Clio,
 Trigæqve pastorum SEYFERTUS, SCHULTZIUS, OTTO
 Lipsiaco in circo; nec spes tua vana futura est.
Fata viam invenient, aderitqve vocatus IOVA.

IX. ERHARDUS Lindner /
 Rochlitio Misnicus.

FLoret io Philyræ, florent tilieta fororum
 Ad Plissam Aonidum (flosqve ô fiet ille perennis,
 Nec Mavortis eum, rapidæqve pericula Mortis
 Conturbent unqvam!) Nec tu, LINDNERE, sub istis
 Non flores tiliis, tiliæ qvi nomine gaudes,
 Qvin & fata tibi tiliæ sunt æqva virenti;

C 2

Civi-

ANSERICUS *

E.

*Tilia sugge-
 stu circum
 terreo inclu-
 sa.*

L.

*Me gratia
 firmat.*

* *Ansericus* Rex Saxonum dictus quasi *Ansreich* h. e. *gratia di-
 ves*. Nam *ans* explicatur *gratia*. Vid. Schottel. l. c. p.
 1042.

Civibus æq̄va ut erant LINDNERIS ante duobus,
Quorum alter Philyres Baldus non barbarus, alter
Præco erat in patria, cui Moldæ allabatur amnis.
Nam quanquam haud celso fueras de stemmate natus,
Pieridum tamen irriguus non defuit humor,
Quo tinctus virides posses tibi fumere frondes,
Et patris superare decus. Nam largiter undas
Asperfit Clarias tibi sedula cura WILHELMI,
Postque hunc GEISLERI Clio, nunc sacra canentis,
BURGERIque Charis. Philyre at tibi plurima in antro
Incrementa dedit scholico, sub tegmine Thomæ
Quod struxit Papana fides; cum fonte maderes
Castalio SCHELLI, LEIBNUTZI, ROELICHIIque
THOMASIIque, Hebri Sophies Svadæque profundi,
ERNESTIque, pari post illum flumine pleni.
Plura tamen Philyræ dulces in montibus umbræ
Aoniis augmenta tibi frondesque dederunt
Amplivagas, ubi te sophico quasi perpluit imbre
ALBERTI, HESHUSIUSque simul, fons ipse Stagiræ,
Teque & MENCKENII, RECHENBERGIque rigarunt
Doctifici latices, CYPRIANÆIque liquores,
Cyrrihaque FRIDRICI, Plislini Cyrrihaque Vatis,
Phocisque ERNESTI fluitans, Permessus & HARDTI.
Flumina quid referam, sacra queis umbracula debes,
CARPZOVII, atque OLEA insignis viridante Theandri?
Quid dias CYPRIANI undas, rivosque beatos
RIVINI, quid & ANTONI Jordanida, sancti
Jam patriæ Ambrosii, fontem Eoumque ZOEGÆ?
En crevisse datum est, possisque ut crescere porro,
Gratia te facto ANTONI velut aggere cingit;
FIDLERIque mei, mera mella rosasque loquentis,
Nomen ut *Ansrici* mereas retulisse vetusti.

X. DA-

X. DAVID GOESGENIUS,
Mega-Thymilicensis Misnicus.

HARTERICUS *

E.

*Incus & ju-
xta malleus.*

L.

Durabo.

FAllor? an a teneris fortunæ *dura* tulisti
Plurima, GOESGENI? sis ergo *Hartricus* in isto
Ordine, qui medium Sophiæ cursavit ad orbem.
Namque & hic, *Ansrici* prognatus sanguine Regis,
Saxonici imperii tenuit non fractus habenas,
Werbistumque Gothum *duro* certamine vicit.
Sudasti certe Penies sub pondere duro
Alfistiqve puer scholicis Ortrantii in umbris,
BEYERI moderante manu ac solante labores;
Mitior ast juvenem celsæ intra mœnia Dresdæ
Afflavit Zephyrus, Boreæ post frigora, cum te
MERBIZII Charites, EGENOLFINÆque Camenæ
Artibus instruerent variis, molemqve levarent,
Quæ plerosque bonæ solet imæ affigere terræ.
Ast Helicon superandus erat præruptus anhelusque
Aonidum vertex surgens ad sidera, Plissam
Propter Elystrinumque vadum. MERBIZIUS ergo
Hunc montem scandisse jubet, sudoreqve multo
Phœbeum meruisse decus. Nec iussa magistri
Candida contemnis; properas ad Lipsica tempe,
Incipis & summo paulatim adrepere Pindo.
Scandentem juvere dein firmissima montis
Fulmenta, ALBERTI, RECHEBERGIUS ac CYPRIANUS,
HESHUSIUSque & MENCKENIUS cum PFAUTZIO &
HARDTO,
Cumque SELIGMANNO Vates, ac dextra DICELI,
Dextraque MULLERI, duplici jam Daphnide cincti.
Pansophiæ ast magno dum scandis culmina nisu,
Culmina & ipsa sacri sensim suprema Sionis

C 3

Te

* *Hartricus* Rex Saxonum dictus quasi *Hartreich* / vel potius
Arderich / vel *Erdreich* / *dives agris vel prædiis*. V. Schot-
tel. l. c. p. 1062.

Te juvit, cum propitios pronosque videres
 Eusebiæ Atlantes CARPZOVIUM, & entheum OLIVAM,
 Ac PFEIFFERIADEN. Sed & hic juvere sodales
 Ascendentem alii divino numine pleni
 RIVINUS, SCHMIDIUS, Zittæque ANTONIUS ortus,
 Rochlicii nunc grande jubar; quin juvit & ausus
 Hosce sacros Hebræa manus LUBECI atqve ZOEGÆ,
 CHRISTIANIQUE simul, Rabbiorum omnia docti.
 Durato & rebus temet servato secundis
 Hartrice, antiquos tibi nunquam demet amores
 LEUCHTIUS insignis, MATTHÆIQUE inclutus, & qui
 Volvit adhuc saxum in patrio MERBIZIUS antro.

* ANSERI-
 cus II.

E.
 Equus per
 campum
 currens.

L.
 Ad metam.

XI. JOH. Gottlieb Meister/
 Muhlavia Misnicus.

FErvidus ad palmæ per se cursurus honores
 Fortius ibit equus, si sint calcaria præsto.
 Sic voce incensus celsi exemploque Parentis
 Ansericus fausto prostravit Marte phalanges
 Belgarum, atque duces ipsos in vincula traxit.
 Mens tua & instar equi per se, MEISTERE, brabeum
 Appetiit jam tum, cum prima viresceret ætas,
 Sed stimulans tibi calcar erat vox seria THOMÆ
 Glauchensi in ludo, doctique celeusmata SCHULTZI,
 Clarusque ARNOLDI, Clario qui præsidet antro
 Chemnicii muros intra. Zittavia sed te
 Acrius in Phæbi vidit decurrere campis
 Ad nutum MIRI ac CURTÎ, monitusque frequentes,
 WEISIADÆ imprimis, lare qui te fovit & ipso,
 Ut, quas ille tibi pridem instillaverat artes,
 Eximios juvenes, ipso inspectante, doceres.
 Martius ast dudum culta hæc tibi Lipsia campus
 Visa. Ergo hoc ipso duce & hortatore magistro

Venisti

* De hoc Anserico II Saxonum vid. Gødigijs l. c. in litera M.

Venisti ad tilias, *metam* cursurus ad illam,
 Panfophies quam fixit amor, sanctæque Sebææ.
 Atque uti fortis eqvus referato carcere currit
 Fervidius, si quos prævortat, quosque sequatur,
 Repperit in campo: sic tu quoque alacrior isti
Ad metam ALBERTI stimulis urgentibus actus,
 Qui Sophies totum ceu Titan permeat orbem.
 His stimulis accedere alii, monita aurea MENCKI
 Scilicet, & SCHMIDII, RECHENBERGI ac CYPRIANI,
 Qui Sophici sunt astra chori, vocesque paternæ
 SEELIGMANNIADÆ, FELLERI hortamina præter
 Candida, GUNTHERIque pii poppysmata & HARDTI,
 Jussaque GROSSERI jamdudum magna minantis.
 Quidnam OLEARIADÆ referam incentiva, stupendi
 Eusebies promachi? Palmæ ergo carpis honores
 Ceu generosus eqvus cursu, MEISTERE, peracto.
 Ulterior sed meta tibi est. Curre ergo deinceps
 Ad metam Eusebies. Cursum tibi prompta secundat
 Gratia GROSADÆ, patriam qui Lipsida fulcit,
 Postque SELIGMANNUM cœlo stellante receptum
 NATI ejus bini, quorum alter consulit almæ
 Zittæ ut Sulpitius, Philyræ alter fulget in ara,
 Et SCHOENFELDIADES, agri Penicensis Epopta.

XII. JOHANNES LAURENTIUS Beck / DANCKMAR-
 Sammenheimio Francus. RUS *
 E.

Eois miles fuerat *Danckmarus* in oris,
 Et populo adducto felici Marte Thuringos
 Fuderat, *Ansrici* fraterque comesque secundi.
Danckmari tu nomen habe, carissime BECKI,

Qui allucentia
 de cœlo side-

* *Danckmarus*, gratias adaugens, *Danckmar*/ vel *Danckmeyer*/

Dominus gratiæ. v. Schottel. l. c. p. 1049. De hoc Saxo-
 num Rege, qui cum fratre Hartmanno copias militares ex
 oriente adduxerat, vid. Gödig, l. c. in lit. P,

L.
 Quo fata
 trahunt.

Qui patrias extra reperis jam præmia fines,
 Pluraque adepturum te mox in Francide speras,
 Quæ Patre te sancto natum produxit in auras,
 Quanquam non renuis, quorsum te cunque vocabunt,
 Fata sequi. Patriæ interea fundamina debes
 Artibus in cunctis prima, instillantibus illas
 SOHNERO atque HAMBERGERO, fidoque GEORGI
 Ludo in Onoldino; sed plura augmenta *salutis*
Fontibus ad Nicrum; fontes ubi pandit Hebræos
 COELERUS, sed Castalias tibi KREBSIUS undas,
 Atque GEMEINHARDUS, STUBNERO junctus amico,
 Francidos Amphion. Namque illic arma movebas
 Et Logicæ & Svadæ, tota applaudente palæstra,
 Sæpius auspiciis KREBSI. Natale sed extra
 Quæsiuisse solum Cicerones atque Platonas,
 Illosque inprimis placuit, quos Lipsia nutrit,
 Lipsia, candidulis nunquam non obvia Francis.
 Nec fortuna tibi Philyræ non favit in umbris;
 Namque tibi & fontes patuere heic protinus omnes
 ALBERTI magni, HESHUSII, MENCKI ac CYPRIANI,
 Et RECHENBERGI, Pindi jam sceptrâ tenentis,
 PFAUZII & Architæ nostri, SCHMIDIIque disertis,
 Et SEELIGMANNI fontes, fontesque DICELI
 Franci, & Francorum transpost, in septa Poetæ;
 Quin fontes etiam HARDTIADÆ, fontesque ZOEGÆ;
 Quid referam fontes CARPZOVI, ac Patris OLIVÆ
 (Sed minus Ausoniæ lingentis sputa Corinnæ)
 PFEIFFERIque sacros. Sed quid recludere fontes,
 Quæso, foret, si non & *præmia* pulcra darentur?
Præmia fers igitur, laturus plura deinceps.
 Namque tibi Vates favet ipso pectore Francus,
 Et quadriga Virûm patria prælustis in Aula.
 BENTHIUS, HENDELIUS, cum STAHLIADA atque
 HEUBNERO,
 Qui lembum optatam possunt perducere ad actam.

XIII. LUDOVICUS Söffing/
Rudolphopolitanus.

Non minor Hartmanni eluxit Mavortia virtus,
Danckmari quam fratris erat; nam pressit & ipse
Tyrigetas, cum gente nova ex Oriente reversus.
Hujus ne barathro mergatur fama profundo,
Hartmanni nunc puncta feras; nam puncta mereris
Talia, seu pectus spectem, *durosve* labores.
Magno es Patre fatus, *dura* qui rupis ad instar
Durat in adversis facer & venerabilis Heros;
Candidus & simul est, niveoque æqvandus Olori,
Tempora seu videas, seu corda carentia fuco;
Candor & hinc animi, tuæ & hinc constantia mentis,
SOEFFINGI! at qualis putei fit turbidus humor,
Putridus aut plane, si non antlando movetur:
Ingenium sic optimum hebet, nisi perpete motu
Gaudeat, & stantes sinat exhauririer undas.
Sed bene te primis movit NOEBLINGIUS annis
Intra septa laris privi, dein publico in antro
TREUNERUS cum ROSTIADA, duo corcula Phæbi,
Et pars Gymnasii docto notissima mundo
HEKELIUS cum SCHWIMMERO, qui fontibus illic
Præsidet Aoniis, exantlaruntque, liquoris
Turbiduli tibi quicquid erat. Sed motio quid non
Effecit SCHMIDII, POSNERI, WEIGELIIque,
Quid non BECHMANNI, BAIERI, VELTHEMIIque,
FRISCHMUTHIque & DANTZIADÆ, queis Sala
superbit
Luminibus; quid non agitatio crebra valentis

D

Doctrina

* *Hartmannus*, vir *durando* pollens. v. Schottel. l. c. p. 1062. vel
uti Lutherus in Onomatol. n. VIII. ein starcker Mann/
Griegisch Andreas. De *Hartmanno* autem Duce Saxo-
num, qui & *Hartungus* vocatur, vid. Gødigijs in literis Q.
R. S.

HARTMAN-
NUS *
E.

*Puteus cum
trochlea &
situlis.*

L.

*Motu clari-
or.*

Doctrina ALBERTI omnigena, SCHMIDII ac FRIDRICI,
 MULLERIqve tui, qvem duplex laurus obumbrat?
 Clartor es factus, qvin jam *clarissimus*, instar
 Blandusiæ vitreæ, fons illimisqve videris
 Post varios motus exantlatosqve labores.
 Perge autem *Hartmannum* Patriæ te sistere, & omni
 Exæquare PATREM studio. Tibi Numina celsæ
 Bina Rudolphopolis ceu sidera lucida fulgent
 Et fratres Helenæ; favet & GUNTHRODIUS, Atlas
 Aulæ, & FRITSCHIADES, Comitum os corclumqve duorum,
 WEDELIUSqve, ingens Söffingia adorea gentis,
 Atqve ingens pariter Salanæ lumen Hygææ.

WILLEKI-
 NUS *

E.
Arbuscula,
cujus è radice
emergit
junior.

L.
Tandem.

XIV. ABRAHAMUS SCULTETUS,

Gleina-Cizensis.

PARVA licet, magnas fert tandem arbuscula frondes,
 Quiqve puer fuerat, studio ac virtutibus æquat,
 Qvin superat quandoqve Patrem. Macte ausibus istis,
 Et facto, SCULTETE, pari, *Willkinus* & audi,
Multum audax qui Saxo fuit. Vix trimulus aptam
 Patri ostentabas capienda ad grammata mentem,
 Spemqve dabas, pulcros tibi quondam haud defore fractus.
 Ergo virescentis plantæ ut succrescere ritu
 In laribus posses patriis, te fonte latino
 Proluit ipse Pater sociis non absqve magistris.
 Sed tibi lac ipsum Latii, lac dulceqve Homeri,
 Mamma propinavit turgens ad littora Elystri,
 MAURITII Arx qua pulcra nitet. CELLARIUS illud
 Indidit ubertim bibulo, Lactantius alter,
 Eloquio terfo atqve pio, nunc Martius Hermes.
 Indidit & KOEBERIADES, lux æmula FRATRIS,
 Et KADSREITERUS nulli sudore secundus,
 Tertius, atqve impar Cizensi operantium in antro.

Jam-

* *Willekin* quasi viel kühn / seu *Willkühn*. De hoc Saxonum
 Rege vid. Gödig, in V.

Jamque sat illorum crevisse aspergine crebra
Visus es, & fructus sensim ostendisse futuros.
Sed placuit Clariis Philyræ humectarier undis,
Altius ut posses viridans exurgere ut arbor,
Et majus sumpsisse decus. Translatus in hortos
Hos ergo Aonios madidari fontibus Hæmi
Cœpisti Sophicis, RECHEBERGI nempe, gerentis
Nunc scepra, ALBERTI, HESHUSII, MENCKI &
CYPRIANI,

Qui Sophies nunc summa tenet, SCHMIDII atque FRIDRICI,
Queis etiam affluxit Philyræi lymphæ Poetæ,
Et GUNTHERIADÆ, sacro jam rore madentis.
Ast undas fudere sacras, totumque rigarunt
Te CARPZOVIADÉS, LEHMANNUS, MOEBIUS, & qui
Nomine fert OLEAM, quatuor veneranda Sionis
Lumina; jamque fatis poteras crevisse videri.
Altius at cresces. PRINCEPS tibi namque benignus
Est sol aureolus, placido & te lumine lustrat
SECKENDORFFIADÉS, docti orbis maximus Heros,
Et celsæ Ambrosius LUDOVICI melleus Aulæ,
SCHWIGGENIUSque sacer circi Cizensis Epoptes.
Tandem ergo, tandem tua gloria resque virebit.

XV. JOHANNES ABRAHAMUS *Lehen/*
Zipsendorffensis Misnicus.

Saxonicos dum pergo duces, Regesque vetustos
Sex tenebris revocare suis, mihi vellicat aurem
Mnemosyne, & cur non, inquit, memoratus & ille est
Gutto tibi, Danis qui mox post scepra Rolonis
Terram illam extorsit, quæ post Jutlandia dicta est?
Audio. *Gutto* ergo (monitus nam temnere Divæ
Grande nefas, regemque decet memorare relictum

* GUTTO vel
JUTTO.
E.

*Cygnus in
aqua & tres
in aëre ve-
spertiliones.*

L.
*Candor ille-
sus.*

D 2

Saxo-

* *Jutto* vel *Gutto* fuit Rex Saxonum, qui Danis Jutlandiam ar-
mis extorsit. vid. Gödig. in lit. F.

Saxonix) sit laurigeros jam LEHNIUS inter
Phœbi eqvites; *bonus* ille mihi, *bonus* esse videtur
Judicibus reliqvis spectanda ad prælia lectis.
Et quidni *bonus* ille fiet, quem sanctus in agro
Produxit genitor, privi pietasqve magistri
Edocuit coluisse Deum, coluisse Camenas,
Quemqve probat candor non ficta ex fronte refulgens?
Sed *melior* fieri cœpit, cum splendida in urbe,
Idaliæ quondam mammosæ ubi fana sacra vit
Fœda superstio, CELLARI addisceret artes,
Atque artes, KOEBERE, tuas, moresqve politos.
Optimus aut optans fieri ex *meliore*. Mysorum
Illustres petiit tiliæ hoc dulce Camenis
Dulce Patriqve caput, Patre & præsentē verendo
Verba his (nam meminī) dixit solennia Musis,
Cum fasces moderarer ego. Tumqve *optimus* illi
Mox fuit electus dux quisqve Heliconis in umbris,
Qui cupidum cunctos Sophiæ ductaret in hortos,
ALBERTI ante alios, flores qui spargit ab ore,
HESHUSIUSqve Stagiræo versatus in arvo,
MENCKENIUSqve Charis quarta & flos ipse Minervæ,
Quiqve Herthæ veteris, CYPRIANUS, in intima tendit,
Et, Vatem præter Cygneo vellere clarum,
SEELIGMANNIADÆ Pitho torrentior undis,
FRIDRICIqve incana fides, mens pansopha & HARDTI.
Hos quoqve, quorsum irent, pede non remorante secutus
Optimus est factus, Sophico censente Senatu,
Phœbeamqve adeo meruit retulisse corollam.
Salve, ò ter salve, cultissime & optime LEHNI,
Laudibus & laudes cumula. Tibi fata parabit
Optima, mellifluus LUDOVICI, & PRINCIPIS augur
Entheus, atqve GENER, magis alto culmine dignus,
Sed quoqve, quam nostra, meliori dignus *avena*.

XVI. HERMANNUS *Wiechorst /*
Hamburgensis.

EMicat in tenebris mediis ceu pulcer Orion
Virtus *Arminii*, gentis qui magna Cheruscae
Gloria, Romanas felici Marte catervas
Fudit, & æternos ex Vari strage triumphos
Rettulit in vastis, lambit quos Luppia, campis.
Teutoniae hic *Heermannus* erat, *Vir strenuus armis*,
Sed Latio *Arminius*. Sis ergo hoc nomine mactus,
Heermanni qui nomen habes. Tibi mascula virtus
Infita, quæ primis sese mox prodidit annis,
Sarcina te quamvis Penies immensa gravaret.
Hanc ergo excivit motu non deside KRUSKI
Laurigeri OELKERIque fides, suffulta Camenis
SCULTETI HENNINGIque piis, qui prima tenebant
Munia in Aonio, quem struxit Patria, ludo.
Excivere etiam majori in gymnade vires
Ingenii, dilecte, tui resonantia mundi
Cymbala Pierii, Plato PLACCIUS alter, & illi
Junctus Aristoteles VAGETIUS alter, & orbis
ANCKELMANNIADES bifrons quasi Janus Hebraei,
Quique tenet Græcas, ETZARDUS, pectore Athenas,
ETZARDUM præter Patrem, Rabbinica doctum
Omnia, & Eoæ glossemata cætera terræ.
Martius ast demum tibi facta est Lipsia campus,
Lipsia pauperibus præbens bona lautia Musis;
Hæc etenim excepit te non tantum æris egentem
Nutrivitque suo in gremio, sed & artibus auctum
Reddidit omnigenis, nunc instillantibus illas
ALBERTI magno, SCHMIDIO, junctoque Poetæ

D 3

MEN-

* *Arminius* seu *Hermannus*, Dux Cheruscorum Augusto impe-
rante prostravit legiones Romanorum, quibus Quintilius
Varus præfuit, ut notum est. Videri autem meretur Cla-
des Variana in monumentis Paderbornensibus p. 21. seqq.

* ARMINIUS.
E.
Coclea.
L.
*Omnia mea
mecum por-
to.*

MENCKENIO & GUNTHERIADA; nunc oscine sacro,
 Mox, quos in sancto radiantes cernit Horebo
 Lipsia, CARPZOVIO, PFEIFFERO, OLEARIO, & horum
 Quos exempla movent, RIVINO ad Hebræa vocato
 Jam rostra, & SEELIGMANNO vario ore disertio.
 Fortior & factus, Sophies jam concutis arma,
 Fulminea jam voce tonas in pegmate sacro.
 Perge! tibi in patria patruus, Lucioque Deastro
 Addicti haud uni applaudunt, sed Lipside in ipsa
 MYLIUS inprimis, Nomici pars magna Senatus,
 Et bini OERTELII, Cyllenæ sacra colentes.

*HANFOTUS.

E.

*Gallus cum
 Gallo cer-
 tans.*

L.

*Cedendum
 nulli.*

XVII. GEORGIUS ANDREAS VIN-
 HOLDUS, Roswino-Misnicus.

Saxonum & ipse fuit dux prisco *Hanefotus* in ævo,
 Qui regnum extendens usque ad confinia saltus
 Hercynii, Hannoferam (sic ajunt) condidit urbem.
 Id tituli, VINHOLDE, feras, dum fervet equestris
 Panfophies ludus, visumque ita ludere vati,
 Ut prisicos traheret picea ex caligine Reges
 In lucem postliminio, vivosque referret,
 Saxonie queis foeta fuit. Tibi Gallica & ipsi
 Indita jam puero virtus. Cognoverat illam
 Præco Dei genitor, primisque accenderat annis,
 Sed tua cum denas ætas numeraret aristas,
 Raptarunt hunc fata tibi. PATRIS ergo subivit
 FRATRIS amor partes, FRATRIS, qui cœlica pandit
 Dogmata, sed cœli quoque versat sedulus orbem,
 Par veteri Architæ. Namque hic te tradidit antro
 Formandum in Clario, Moldæ quod fluctibus humet,
 SCHULTZIADÆ atque PETERMANNO, quos fama
 magistros
 Prædicat egregios, mentesque refingere gnaros.

Heic

* De *Hanefoto*, Saxonum Rege, vid. Gödig. l. c. in *AA*.

Heic etiam exeruit tua se mox æmula virtus,
 (Qualis & in Gallis mox emicat) inter ephebos
 Gymnasii reliquos, cumque hæc mutare juberet
 Te loca vis major, sanctis in montibus Afræ
 WILKIUS, Aoniis ubi pubem perpluit undis,
 WILKIUS, æterno vel Flacci carmine dignus,
 Impigra quem juvit KIRSTENI, hodieque virentis,
 JUNGERIque manus, dudum cœlestia nacti
 Præmia. Nam nulli temere hi quoque cedere quicquam.
 Te videre diu in Latii Argolidisque palæstra.
 Ast demum in Mysio tua vis exsplenduit Hæmo
 Fervida, ubi ceu lætificus post nubila Titan
 Affulsit tibi sceptrâ gerens RECHENBERGIA Pallas.
 Hæc etenim & nostras jussit te carpere lauros,
 Et claves dedit ipsa suas ad summa Sophorum,
 Cumque hoc ALBERTI, nostro Chrysippus in ævo,
 Quique suis Physicis CYPRIANUS Olympica miscet.
 Jamque scopum fixti medium, macte, æmule Frater,
 Et sanctum aut æqua meritis, aut vincito FRATREM.

XIX. PAULUS HEINIUS,
 Riga-Livonus.

Hanfotum excepit Swardiccus, Saxonas inter
 Dux gravis ac genitor Nati cognominis, hostis
 Danorum, sed queis sua fata haud prospera debet:
 Swardicci liceat tibi nunc imponere nomen,
 Quod multum gravitatis habet, mi laurifer HEINI.
 Nam tua mens gravis est, summoque affinis Olympo,
 Qui manet immotus, quamvis in perpete motu

* SWARDIC-
 CUS.
 E.
 Cælum.
 L.
 Sæpius mo-
 tum non me-
 veor.

Gyra-

* De Swardicco Saxonum Rege vid. Gödig. in LL. Dicitur au-
 tem quasi Swerdick, h. e. *gravis multum*, idemque sonat,
 quod *Belisarius* h. e. *Viliswar*, *multum gravis*. Nam &
Belisarius, fuit Germanus, uti quondam ὁ πᾶνυ Reinesii-
 us me docuit,

Gyratuqve fiet. Mentem sic nempe BREVERUS
 Finxit & eloquio & sparta *gravitateque* magnus
 Gymnasio in patrio divina arcana recludens,
 CASPARIqve Sophôs complectens pectore totum,
 WITTIUS & cunctis clarus polyhistor in oris,
 Non sine MULLERO Euclidis monstrante figuras.
 Sed patriis sese non passa affigier agris
 Mens tua, quin agnata polo se movit, & illud
 Nobile depositum cœli, quo Cimbria gaudet,
 Quiqve hodie cluit Aonio Pan magnus in orbe,
 MORHOFIUM vidit, visi meruitq; favorem.
 Inde autem ad Mysias se mox convertit Athenas,
 Percurritqve omnes Sophiæ septemplicis Orbes;
 ALBERTI dux primus erat, sol ille Sophorum,
 Slesida quiqve suam parili splendore coruscat,
 Proximus abs illo SCHMIDIUS; pervadere saltus
 Juvit & Hyblæos Vatis, sphaerasqve DICELI,
 Historiæqve sacrae cyclos, seu voveret illos
 ITTIGIUS, jam Nicolei Svada enthea templi,
 Seu RECHEBERGERUS, nobis nunc cœlifer Atlas.
 Sed sacrum ante alios juvit percurrere Olympum
 CARPZOVII, atqve OLEÆ Semonis nomine clari,
 RIVINIqve pii, cursum admoderante ZOEGA,
 Eoas qui monstrat opes. Nec præmia motus
 Desunt continui. Tibi dat sua præmia Phœbus
 Jam noster; sed plura tibi majoraqve spondent
 Conscripti Patriæ Patres, Patriæqve Colossus
 Ingens, cum patriam felix revolaris ad urbem.

* WITTE-
KINDUS.

E.

*Equus equi
currendo in-
sequens.*

L.

Non degener.

XIX. FRIDERICUS ERNESTUS KETT-
NERUS, Stolberga-Misnicus.

CUM Witekinderum sit maxima gloria Regum
Saxoniae, Witekindus erat justo ordine primus,

Qui

* *Wittekind* dictus quasi *weißes Kind* / vel *Witkunt* / *Weitbes-
kandt* /

Qvi Gallum stravit fausto Mavorte Mericum,
 Ejus & exuvias tulit ut prælustre trophæum.
 Hoc nomen tibi fume lubens, KETTNERE, Parentis
Degener haud proles sancti, spes magnaqve Matris,
 Dum nostro affixi certamina equestria Pindo.
Pusio jam sapiens in prima ætate virebas,
 Sedula cum mentem formaret dextra PLATONIS,
 Et LEHMANNIADÆ, scholici tum regis in Annæ
 Monte metallifero, & Varronis nomine digni
 STÜBELII, raptiqve vices tibi Patris obiret
 ZOBELIUS, veneranda Pharos, montisque nivosi
 Gloria, qvi in laribus dabat & tibi lautia privis.
 Sed demum in nostro, generosi more caballi,
 PATRIS AVIqve simul cursus æquare citatos
 Visus es, & palmæ, velut illi, intendere honores.
 Currentem ante alios vidit mitissimus hospes,
 Totus & ipse pater, Patriæ qvi mellea Pitho est,
 ITTIGIUS, vidit RECHEBERGIUS, ALBERTIqve,
 MENCKENIUSqve, hujus tria fidera fulgida Olympi;
 Vidit & HERRICHIUS, Philyres insignis Homerus,
 Quo duce Græcorum licuit percurrere Hymettos,
 Daphnida qviqve Patris celebravit carmine qvondam,
 Vates in sancti non clausa gymnade Pauli,
 Euphradiæ qua fervet opus, clarusqve ZOEGA,
 WASMUTHI qvi fata dolet suprema propinqui.
 Vidit THOMASIVS, Themidos Sophiesqve sacerdos
 Inclutus, & Patrem referens FRANCKSTEINIUS histor,
 Qvi Themidos quoqve sacra colit. Videre deinceps
 Currentem stadii quoqve te per jugera sancti
 Fulmineo resonans CARPZOVIUS ore Pericles,
 Divinasqve ipso spirat qvi nomine OLIVAS
 Cum SCHMIDIO, hæreticos valido qvi percutit ictu,
E
RIVI-

sandt/ longe celebratus. Vid, Schottel, p. 1094. Vixit
 autem hic Wittekindus, Rex Saxonum, A. post C. N. 102.
 Vid, Gødigijs in *SS*.

RIVINUSqve novus lingvæ jam doctor Hebrææ,
Qvin & GUNTHERUS divi nova buccina Thomæ.
Curre age, currentis cursus Charis alma beabit.

*MERBODUS.

E.

Vomer splen-
dens.

L.

Longo splen-
descet ab u-
su.

XX. JOHANNES MATTHIAS Nebe/
Offitiensis Misnicus.

Saxonica bellacis erat *Maroboduus* ingens
Gloria, non Gallis tantum populisqve propinquis,
Verum etiam Hesperiiis gravis infestusqve remotis.
Hujus Letheis pereat ne nomen in undis,
Tu nomen, NEBI, hocce geras, dum gaudia fervent
Aonia, & veteres juvat orbi ostendere Reges
Saxonicaqve Duces, dudum atra nocte sepultos.
Merbodus quid? *plura fovens*, nisi læva Lutheri
Mens fuit, aut princeps *tractus* qui *tractibus* auget.
Et tu *plura foves* in docto pectore, & *auges*
Jam partas sapientiaæ opes. Tibi multus & ipsis
A teneris formator erat. Nam vomeris instar
Ante erat ingenium obscuri ac nulla arte politi.
Illas ergo tibi feces abstergere cœpit
Dextra HANAUERI Strelensi haud segnis in antro,
Dextraqve CHRISTMANNI, WIDEMANNI & sedulus ardor
Offitii in ludo, postqve hos cura impigra SCHELLI,
LEUBNUTZIqve ac STUBELII cultura fidesqve,
THOMASII inprimis, Epicharmi ex pulvere rapti,
ERNESTIQve labor, rectoria sceptrum gerentis
Cœnobia in Thomæ, Philyre quod provida servat,
Deterfum tertere magis. Splendescere vero
Vel speculi in morem ut posses, cultissime NEBI,

Te

* *Mehrbod*/ latinis *Maroboduus*, dictus quasi *mehrer bod*/ oder
größer Ernehmer à vöden / h. e. *hegen* / secundum Lu-
therum in *Onomatol.* n. XII, vel secundum Aventinum,
qui *auget solum, der den Boden mehrt.* v. Wegnerus ad
h. l. Lutheri p. 206, seqq. Conf. Schottel. p. 1073.

Te Sophiæ poliere Patres Libethridum in umbris
 Omnes, ALBERTI, HESHUSIUS, par acre Sophorum,
 MENCKENIUS docti orbis amor, RECHEBERGIUS histor,
 Argolidisque decus, CYPRIANUS matris abyssus
 Excutiens magnæ, fingensque hæc prælia Vates.
 Mentem etiam poliere tuam, qui dia serenant
 Dogmata, CARPZOVIUS, vel ferrea corda refingens,
 MOEBIADESque, & sanctum OLEUM cui stillat ab ore,
 RIVINUSque, & PFEIFFERUS, qui saxa movebat
 Eloquio, cumque his tria nomina clara Themistos
 THOMAS, ECCOLDUS, WEIDLING; pia corclaque divæ
 Eusebiæ, ITTIGIUS, LYSERUS, VIRque BEATUS,
 Et sancti ANTONI gaudens cognomine Pauli,
 Præcoque Cizensis meliore canendus AVENA,
 Et Sophici tria corcla chori conjuncta FRIDRICI,
 HARDTIADESque & DICELIUS, quos cura LUBECI,
 Et nostri adjuvit pietas fuci inscia FRANCKI.
 Vomeris ergo instar *longo splendescis ab usu,*
 Splendescesque magis. Nam plus tibi splendidus addet
 Splendoris, Dominus Strelæ, quem signat ARATRUM,
 HOEPNERUSque plagæ Ossitiæ spectabile lumen
 Lipsidos atque suæ WINCKLERUS nobile fulcrum,
 Mæcenæ tuus ac longe largissimus hospes.

XXI. JOHANNES DAVID BOERNERUS, * LUDERUS.
 Annæberga - Misnicus.

Fertur in Hesperios Saxo *Luderus* Iberos
 Per Druydum penetrasse plagas, cepisseque muros,

E 2

Tarra-
do.

E.
Fons saliens.
 L.
Crescit eun-

* *Luderus*, latine Lotharius, dictus quasi *Lüdher/ dominator bo-*
minum. v. Schottel. p. 1071. vel quasi *purus, Luter/* vel ut
 hodie loquimur, *lauter*; ut in illo ænigmate: *Er aß Mel*
und luter (vel lauter) Huttenrauch/da kamen alle Dins
ge zum guten Brauch/ i. e. cum viverent ERASmus,
 MELanchthon, LUTERus, HUTTENus, RAUCHlinus.

Tarracon alma, tuos, pluresque egisse triumphos.
Laurigeros inter mihi tu, BOERNERE, videris
Luderus, seu verba Dei purissima summi,
Qveis studuisse soles, seu limpida pectora spectem,
Seu Phœbi illimes, qveis stillas undiqve, lymphas.
Luderus sis ergo mihi, referasque deinceps
Börnerum, Latia qvi absterfa fece, Lutheri
Candida sub tiliis divini asserta professus,
Totum hunc irriguus ceu fons Helicona rigavit,
Qvin sylva & pagis, librisque & fructibus auxit,
Carmine perpetuo dignus, famaue perenni.
Jamdudum tibi lympha fuit sriblignis expers
Haupta olim ex liquido LEHMANNI fonte diferti,
Fonteque STUBELII, cujus tersissima Musa est.
Qualiter ast fontes *creviffe* videmus eundo,
Doctrinæ sic unda tuæ confluxibus aucta est
KOEBERI Aufoniis multum, Grajaque Aganippe
WENDLERI, Heroes ubi confedere Rutheni.
Sed magis in nostro, quo gaudet Lipsia, Pindo,
Aucta ea lympha fuit, cum fons uberrimus olli
ALBERTI infueret, fons MENCKI, fons CYPRIANI,
Fons RECHEBERGERI, fons HESHUSII atque FRIDRICI,
Fonsque HARDTI vitreus, Vatisque haud fordidus humor.
Quid? quod PFEIFFERI quoque fons affluxit Hebræus,
Teque sacris totum opplerunt torrentibus ipsi
Eusebiæ fontes Jor CARPZOVIANUS, & alter
Dan OLEARIADÆ, quos rivo divite & auxit
RIVINUS, SCHMIDIque latex crystallinus, atque
Fons GUNTHERIADÆ, plenus cœlestibus undis.
Sic *creviffe* juvat. Sed cresces porro fluendo;
BOERNERUS tibi namque favet, Fons Juris & Æqui
Aureus, Ensiferæque ipsi carissimus Aulæ,
Quin DEUS ipse favet, cunctorum Alpha Oque bonorum.

XXII. SWANTE FAXELL,
Caroloftadio-Wermelandia Svecus.

A Ngria Westphalicæ quondam pars optima terræ
Hengisto subjecta fuit; verum ille vocatus,
Ut Scotos premeret Pictosque, a rege Britanno
Trans freta Saxonicas duxit cum fratre phalanges,
Victor ibique sibi stabilivit nobile regnum.
Traxit eum divina manus; nam cuncta trahuntur
A fati humana suis. Tibi sumere nomen
Hengisti haud pigeat, qui trans freta vectus ad oras
Venisti Myfias, ubi Phœbi prælia fervent,
Et sua promeritis donantur præmia epebis,
FAXELLI! Jam visus equi non segnis es instar
In Patriæ Aoniis Ursæ sub fidere campis
Exemplo incensus Patris, mera sacra sonantis,
Et stimulis crebris CAROLINI, HELLIKII, ISERI,
Qui patriam exercent Phœbeo in pulvere pubem.
Currere at Upsaliæ in stadiis, bis quatuor annos,
Acrius es visus, cum NORDERSTEINIUS Arctos
Ipsa esset, Pithus referans arcana venustæ,
Socraticæque Scholæ monstraret WOLFIUS artes,
Uranix secreta suæ BILBERGIUS, atque
LAGERLÆFIADES Pindum tibi panderet omnem,
Cunctaque BENZELIUS mysteria dia Sionis.
Ast in te non quis currendi exsplenduit ardor,
Postquam te nostras iuvit trivisse palæstras,
FAXELLI? Fax fulgida eras, fax æmula semper
Currentes inter, seu te stimularet acutus
ALBERTI sonitus, seu vox penetrabilis HARDTI,

E 3

MEN-

* *Hengistus*, Germanice *Hengst* / idem est secundum Lutherum,
quod *Keuter* oder *Rüter* / vel quod Græcis est *Philippus*;
aut Latinis *Segeſtus*. V. Luther. l. c. n. i. & Wegenerus ad
h. l. p. 131. De *Hengisto* autem Saxonum Duce vid. *Gödi-*
gius in *SS*.

*HENGISTUS.

E.

Manus divi-
na ex cate-
nula orbem
suspendens.

L.

Nil sine Deo.

MENCKENII aut calcar, RECHEBERGIADÆque celeusima,
Seu poppysma SCHMIDI, PFEIFFERI aut tibia sancti.
Fax etiam natalis eris clarissima regni,
Post cursus, dilecte, sacros; modo fata sequaris,
Quo te cunque vocant summo quasi pendula cœlo.

*HEBUSANUS. XXIII. THEODORICUS FRIEDMANNUS
GVIGLEB, Jebusæa-Thuringus.

E.

*Abies tenera
& accrescens
sub sole &
pluvia.* SAXONES in terras postquam venere Britannas
*S*Hengisti auspiciis, *Hebusanus* scepra potitus
Patria, ibi duplicis posuit fundamina regni.
Sis Hebusianus age, GVIGLEBI, Tyrigetum agro

L.

Altiora peto. Nate Jebusæo, Phœbi dum ludicra fervent,
Saxoniarque duces furvo revocantur ab orco.
Abjetis instar eras *tenera* in natalibus arvis,
Cœpisti at sensim deinceps accrescere in horto
Tenstadii scholico, cum te DURRFELDIUS illic
HUFFLANDUSque simul docto perspergeret imbre;
Sed magis atque magis Gothana in gymnade crevit
Ingenii doctrina tui, cum funderet in te
RUMPELIUS cum STROBELIO Permessidis undas
Pegaseosque omnes latices venerabilis HESSUS.
Sed quid Nicoleo tibi non affudit in antro
Lipsidos, HERRICHIUS, materno sanguine junctus,
Qui vel solus habet fontes, quos jactitat Hellas,
Quid non DORNFELDUS, sacro nunc flumine manans?
Jamque procera *abies* poteras viridansque videri,
Sed crevisse magis vicino in monte licebat
Aonidum; namque hic te MENCKENII unda rigavit
Castalia, & RECHEBERGERI largissima Phocis,
Pimplaque dulce fluens CYPRIANI, ac lymphula Vatis,
Qui favet HERRICHIO, Pylades ceu favet Orestis;

ALBER-

* Hebusan quasi Hebsan/ Dux Saxonum regnum stabilivit in
Britannia A. p. C. N. 474, vide Gødigium in 33.

ALBERTI inprimis magni, SCHMIDIIque fluentum,
 Et PFEIFFERADÆ Jordan, OLEARII & amnis
 Eusebies per prata ruens. Sed flumine solo
 Non opus est; opus est, magis ut succrescere possis,
 Solibus aureolis. Sed nec tibi talia defunt
 Sidera; nam affulget prælustis SAULIUS ultro,
 PRINCIPIS os corclumque sui, solareque lumen,
 Quo PATER ipse calet, natalis RAHNIUS agri.

XXIV. JOHANNES PAULUS Schumann/
 Cizensis. * SuWARDUS,
 E.

Suwardus quoque nomen erat prægrande Dynastas
 Inter Saxonicos, Danis infestus iniquis,
 Quem tacuisse nefas, reliquos ex gente vetusta
 Dum cœpi retulisse Duces revocareque ab orco.
 Mnemosyne sic nempe monet. Sis ergo tot inter
 Suwardus, SCHUMANNE, mihi jam pulcra ferentes
 Præmia Pindicolas, Clarii post prælia campi;
 Solem etiam exhibeas obductum nubibus atris
 In clypeo, dilecte, tuo. Tibi nubila namque
 Tempora erant, Genitor tibi cum raperetur in Auka
 Versatus patria, nec opes rellinqueret amplas.
 Mens animi tamen usque tui clarissima mansit
 Offuscata licet Penies Atropusque tenebris,
 Magni aliquid spirans materna ex gente Lutheri.
 Vidit eam ante alios dudum elucescere ephebos
 Mammisonæ excellens Phœbus, CELLARIUS, urbis
 (Nunc Martisburgi, quæ principe gaudet & ipso
 Saxone) KOEBEROque, antro qui fudat in illo
 Creber adhuc, formatque agilem cum laude juventam,
 Cum CADSREUTERO socios fubeunte labores.
 Vidit & ad Plissam Phœbeæ lumina mentis
 Sol Sophiæ ALBERTI, vidit RECHEBERGIUS, histor
 Egregius, vidit SCHMIDIUS, lux clara Suadæ Flexa-

Solinter nu-
 bes.

L.

Premor non
 opprimor.

* De Suwardo, Duce Saxonum, vid. Gødigijs in SS.

Flexanimæ; vidit CYPRIANUS cuncta pererrans
 Naturæ, videre itidem tria sidera Pindi,
 PFAUTZIUS, HESHUSIUS, cum Vateque MENCKIUS ipso.
 Vidit & Eusebies columnen CARPZOVIUS altum,
 Et SEELIGMANNUS vel prisco oculatior Argo.
 Hique omnes clarum spondent post nubila lumen
 Ex meritis, SCHUMANNE, tibi. Quid? spondet & astrum
 Mauritanæ ingens jamdudum HELLDORFFIUS Arcis,
 Divinusque Nathan LUDOVICI; spondet & ipse
 CASTORE cum celso, celso POLLUCEque PRINCEPS,
 Qui fovet & pressas solari lumine Mufas.
 Quid referam reliquas Charites tibi sponte faventes.
 GROETSCHIADAM in patria, celebratum & nomine
 AVENÆ

Theiologum, & nostri Proceres plerosque Lycei?
 Prægravat has stellas PRINCEPS, ceu Luna, minores.

* HATWACKERUS.
 E.

XXV. CHRISTIANUS LUDOVICUS Welsch/
 Lipsiensis.

Phœnix in busto.
 L.
 Non deficit alter.

Hatwackerus erat priscorum & maxima Regum
 Gloria Saxonæ, Francos qui terruit hostes.
 Id tibi sit nomen, WELSCHI, dum ludicra fingo,
 Qualia Saxonibus hodie luduntur in aulis.
Indole es egregia natus de sanguine magni
 WELSCHI, qui Celso veteres, veteresque Galenos
 Illustri offuscat fama, praxique secunda;
 Velleque jam Patrem vernanti in flore videris
 (Sed fervent hunc fata diu, viridisque senectæ
 Esse senem jubeant!) Phylæo reddere Pindo,
 Qualiter Ægypti sese ipse refeminat ales,
 Pulchrior eque rogo furgit, calidisque favillis.
 Mature eluxit vis illa heroica mentis
 Infitæ, cum teneris ætas tua cresceret annis.

A Pa-

* De Hatwackero, Rege Saxonum, vid. Gødigijs I. c. in CC.



A Patre mox igitur summo est commissa SCHADÆO,
 Qui sacras nunc pascit oves, post huncque Cyrillo
 Insigni; HERRICHIUM indigito, qui carmine priscis
 Archilochisque & Callimachis, vel iudice Momo,
 Par, majorque etiam, in scholicis pubem instruit umbris,
 Nicoleas quas fama vocat, nec defuit olli
 Sedulus adjutor, nunc tristi e pulvere raptus
 GAUCHIADES cum VOPPELIO, qui cantitat hymnos.
 Hos alii excepere duces, mens cara Poëtæ,
 Candidulus RHODIUS, jam cœli semina spargens,
 Et prima eximiæ, Thomæ intra septa, juventæ
 Dexteræ, Panfophicique chori clarissima lampas
 ERNESTI; jamque egregii celsique quid isto
 Flore minabaris; rapidæ sed semina mentis
 Excivit magis ALBERTI, sol aureus Hæmi,
 Socraticisque madens MENCKENIUS usque loquvelis,
 WEIDLINGUSque Stagiritas Baldosque secutus.
 Fallor? an & Vates FELLERI nomine notus?
 Et quia Patrem ipsum Patriæ exhibuisse sedebat
 Mente tua, ORTLOBIUS, Medicæ nova adorea gentis,
 RIVINUSque tuos juvare insigniter ausus,
 Rivinus FRATRUM medius, clarusque Machaon.
 Ante alios vero, Medici tria sidera cœli
 FRIESIUS, AMMANUS, BOHNIUS; tria sidera & axis
 Leucorei, BERGERIADES, jam fulgidus ostro
 SENNERTUSque senex, pater ipseque mente VATERUS,
 Si fas est vates res præcinuisse futuras,
 WELSCHIUS alter eris, si te pia Numina salvum
 Præstiterint, Philyreque canet: *Non deficit alter.*

XXVI. HEINRICUS MUHLIUS,
Bremensis.

EMicat *Hildrici* quoque nomen amabile Regis
 Inter Saxonicos, Regi infensissimus Arto,

F

Qui

*HILDERI-
cus.

E.

*Serpens py-
ramidis apici*

implexus.

L.

* *Hildericus, Huidericus, gratia & favore pollens, Huldric! Per ardua
 Huld virtus.*

Qvi de gente sua multos immane necarat.
 Nominis id quisnam potiori jure reportet,
 Qvam tu, qvi Musas Charitesqve in pectore gestas
 Dudum omnes, MUHLI? Mores emolliit olim
 HARTNACCI non dura Erato, atqve his addidit artes
 Hellados & Latii patriæ intra gymnados umbras,
 Atqve PAGENDARMI Charis, OLREICHIqve Camena,
 Qvin & GASSITII, BUSSINGI, WILLEMERIqve
 Aonides tua corda suo de rore rigarunt.
 Altius ast aliquid jam prima ætate minatus
 Haud poteras expleſſe ſitim prius, omnia EZARDI
 Qvam imbiberes, mundi lingvas qvi callet Eoi
 Absqve pari, Hammonis radiis illuſtribus urbem
 Addecorans. Patriæ ſed dulcia ad antra reverſo
 Gieſſa tibi ante alios placuit celeberrima Pindos.
 Traxit enim te fama trium diſfuſa virorum
 RUDRAUFFI, STRAUSSI, geſtantis nomine & ARCAS;
 Sed CLODII inprimis, Thalmudica quæqve tenentis.
 Auſonias nam præter opes, gazasqve Pelasgas
 Noſcere te juvit, quicquid complectitur Eos.
 Nec patuere tibi CLODII myſteria tantum
 Omnia, verum etiam polyglotti arcana LUDOLFI
 (At qvalis qvantiqve viri!) qva vitreus urbem
 Alluit illuſtrem Mœnus, quæ Franca vocatur.
 Inde ſed ad Gieſſæ rediens umbracula, MAJO
 Atqve VALENTINO tua ſeſe Svada probavit,
 Qvorum ille Euſebia, hic Phyſices ſecreta recludit.
 Quid jam MORHOFIUM memorem, polyhiſtorum magnum,
 Cujus laus reſonans ipſam te traxit ad Arcton,
 Qvique tibi Charites expromſit candidus omnes,
 Pieridesqve ſuas, pulcroqve ad Lipſida miſit
 Carmine maſtatum? qvid noſtræ & lumina Thymbrae,
 MENCKENIUM, SCHMIDIUM, RECHEBERGERUMqve,
 penates Cujus

Huldreich/Ulrich. V. Schottel. p. 1065. De rege autem
 Saxonum *Hilderic* vid. Gödig. in GG.

Cujus & ipse colis, longe illi oculissimus hospes?
 Namque omnes cum Vate favent; tibi & aurea spondent
 Fata, uti GLOXINUS, Mæcenas ille Lubecæ
 Grandis, & ejusdem lux sacra, HONSTEDIUS, urbis,
 LOCHNERUSque, Bremæ Onias, Confusque LUDOLFUS
 Saxonicus, Confusque Aulæ, quo Cimbria gaudet,
 WETTERKOPFIADES cum MORHOFIO optimo, & ingens
 Eusebiæ ad Mœnum cum RICHTERO organon, ARCU-
 LARIUS, ETZARDUSque parens, & sidera MAJUS
 Atque VALENTINI Giesæ radiantia in axe.
 Ardua nempe refert grassata per ardua Virtus.

XXVII. GOTHOFREDUS MICHAEL *Setter* / * WICHT.
 Sagano Silesius. E.

TE vero quemnam memorem, FETTERE, sodales
 Inter laurigeros? Age WICHTI nomen habeto,
 Saxonix qui gloria erat non ultima gentis.
 Pingve aliquid jam nomine habes, nec ponderis expers,
 Ponderis aut virtus tibi plus dedit insita Patris,
 Görlicii qui prima tenet magmenta Sionis,
 Et doctrina frequens, MOLLERI, JUDICIS, HAUFFI,
 Sed FUNCCI ante alios, tetragoni nomine digni,
 Constantisque viri, qualem vix Stoica vidit
 Porticus. Aut quid non tibi ponderis addidit alma
 Hæc Philyre, postquam placuit requiescere in ejus,
 Patre volente, sinu, majusque acquirere pondus.
 In te omnes sapientiæ opes, quascunque reservat
 In corde ALBERTI vasto, RECHEBERGIUS omnes,
 Parnassi nunc sceptrum gerens, fascisque secundos,
 MENCKENIUSque omnes, doctis clarissimus Actis,
 Atque imas Phiseos scrutans CYPRIANUS abyssus,
 Et SEELIGMANNUS, qui dia profanaque librat.
 Pondera nec sua non, sed quantulacunque, Poeta

*Tetragonum
 à vento fu-
 rente impe-
 titum.*

L.
*Undique
 frustra.*

F 2

Adjecit,

* De Rege Saxonum *Wicht*, vid. Gödigius l. c. in *QQ.*

Adjecit, qvi nil aliis, qvōd commoda præbet,
 Detrectasie potest; cumqve hac GUNTHERUS, ad aram
 Nunc sacram divi Thomæ exedramqve vocatus,
 GROSSERUSqve aliquid dudum haud triviale minatus.
 Ast majora tibi appenderunt pondera magni
 Eusebiæ Atlantes, CARPZOVIUS, AULETESqve,
 Ex Tiliis in Saxoniam qvem fata trahebant,
 Quiqve potest Grajo vocitari nomine ELÆUS,
 Cumqve his RIVINUS, cœlestis pondera verbi
 Exacte trutinans, SEELIGMANNUSqve, Periclis
 Plissini qvi puncta gerit. Sic undiqve factus
 Quadratus. solidusqve cubus nil flamina curas,
 Undiqve vel cunctis in te spirantia ab oris.
 Et bene! plus decoris tibi, plus & ponderis addent
 ALBERTI vel Mercurio quadratior ipso,
 Et SEELIGMANNUS, rupes infracta Sionis.

* WITGIESEL XXIIIX. JOHANNES FRIDERICUS Frenzel/
 E. Ileburgo Misnicus.

Corolla mu-
 valis.

L.
 Scandenti.

Ludero non fratre minor *Witgislius* altos
 Conscendit muros, viridem retulitqve corollam
 Primus in Hesperia, priscorum more *Qvirum*,
 Finibus. Hoc nomen quis te meruisse negaret,
 Dum *sapiens* inter sapientes ipse *sodalis*
 Jam nunc conspiceris, *sophus*, inquam, acrisqve magister,
 FRENZELI! Arx posita est *Sophies* in culmine montis,
 Nec nisi scansores ad portam admittit anhelos,
 Haud alioqve finit sese expugnarier ausu,
 Qvam cessante minus. *Sophica* ergo ut scandere posses
 Mœnia, & inde velut murale referre brabeum,

Pars

* De Rege Saxonum *Witgisel* vid. Gödig. in *MM.* Est autem
Witgisel idem qvōd *sapiens socius ein weiser Gesell* uti
Gisericus. Gesellreich / Giselbertus, Gesellwerth. Vid.
 Schottel, p. 1058.

Pars superanda fuit primum in radicibus imis,
 Præruptumque latus Pindi. Nec defuit ardor
 Scandendi, adjutrixque manus, cum cresceret ætas,
 RIDELII nempe ac STOECKARDI, verba docentum
 Jam sibi commissos a cœli rege popellos.
 Altius ast licuit scruposæ arreperere rupi,
 Cum te FRENZELII fulciret dextera retro
 Cognati, ante viam monstraret prævia lampas
 EGNOLFI, nunc ætherei, vada spumea ad Albis.
 Jamque fatis lassatus eras; sed pergere jussus
 Reptandoque aspras sensim transmittere moles,
 Factus es arcu ipsi propior propiorque petitæ;
 Sed scansum juvere tuum fulcra optima Pindi
 Lipsiaci, ALBERTI, SCHMIDIUS, CYPRIANUS, & ostro
 Nunc radians RECHEBERGERUS cum PFAUTZIO amico,
 Vateque veridico, SEELIGMANNOque disertio,
 Quid? nonne & magnus multum te juvit ELÆUS,
 Voce alias QLEÆ mundi per climata notus,
 RIVINIque fides, GUNTHERIque enthea virtus?
 Nunc juga summa tenes, arcem conscendis & ipsam,
 Macte agedum, & meritam post scansum fume corollam.

XXIX. JACOBUS DORRIEN,
 Hildesia Saxo.

SAxonicos quondam Reges *Sighartus* & inter
 Magnus erat, CHRISTI sed nondum sanguine lotus,
 Saxones ut reliqui, quos Musa reduxit ab orco.
 Sighartum te nostra suum Philyræa salutat,
 DORRIEN, in ludo, qui jam celebratur equestri.
 Tardus ades, sed dignus ades, dignissimus, inquam,
 Quippe diu meritis Phœbeæ frondis honores.
 Rectius at tardo voluisti incedere gressu,
 Quam properos glomerare gradus. Sed quis tibi cursus

* SIGHARTUS.

E.

*Testudo cum
 cochlea incedens.*

L.

Cum tempore.

F 3

Cona-

* De *Sigharto* Saxonum Rege vid. Gödig. in LL.

Conatusque huc usque fuit? Me finibus, inquis,
Hildesiae in patriis formavit sedula Clio
THOENIADÆ, scholicas qui tum gestabat habenas,
KLIPPSTEINIque Charis, GOETSI Eusebieque verendi.
Inde ad Salanas iussu concedere Musas
Fax mihi POSNERI, Physicas lustrantis abyssus,
VELTHEMIIque Sophos, SCHMIDIIque alluxit acumen.
Sed sacro in studio, cui se mens tota dicavit,
BECHMANNUS cum BAIERO, duo fulcra Sebeæ,
Quæ & VELTHEMII substructum à Numine robur;
GOETZIUS ante alios, Syada optima maxima Jenæ.
Sed mihi post lustrum Salano in monte peractum
Et tempe hæc placuit totum celebrata per orbem
Visere, divina sic impellente Pronæa.
Hæc mihi præclusum nihil est (vera eloquor) unquam,
Quæ fovet ALBERTI sapienti in pectore magnus,
Quæ SCHMIDIUS, quæque ITTIGIUS, CYPRIANUS &
Actus

Nunc præses Sophici, & præses RECHEBERGIUS Hæmi,
In privis docuere scholis, melementa præter
Publica. PFEIFFERI quin & mihi fulsit Hebræus
Phosphorus hinc tracti, sanctusque OLEARII Orion,
Sol vero inprimis est illustrissimus, hospes
CARPZOVIVS, sol Eusebiæ, gentisque paternæ,
Quem fidum & nunquam mea Musa tacebit hodegum.
En cursus momenta mei, verissime Vates!
Audio. Sic cochleæ procæsti, DORRIEN, instar
Sed bene; nam meritas carpis *cum tempore* lauros.
Nec deerunt fructus alii. Favet atque favebit
CARPZOVIVS Philyræ Ambrosius, ac Bernhardus Ienæ
GOETZIUS, & Patriæ Proceres velut astra micantes.

XXX. ANDREAS Schwarz/
Riga Livonus.

Ditericus quoque Saxonum erat fortissimus Heros,
In Francos qui bella tulit. Tu nominis isthoc
Ferto lubens, SCHWARTZI, quod *dio numine ditem*
Significat. Namque Eusebiæ penetralia iustras,
Fucataeque minus pietatis lumine fulges;
Eusebie quin meta tua est, quam mente petisti
Jamdiu in illustri, quo gaudet Riga, Lyceo,
Cum feriisse scopum te WITTIUS ille doceret,
WITTIUS, Aonii jamdudum cymbalon orbis,
FRISICHIUSque simul; sua sacra & tela BREVERUS,
Nyssenus Patriæ, daret, & Chrysofomus alter,
CASPARI; ast propius didicisti tangere metam
Vandalico in Pindo, Varni quem flumen obundat,
KOBABI instructus telis telisque SCHOMERI,
Ipsos Eusebiæ quos, Ære vocaveris Argos,
Et SEELIGMANNI, quo nunc Philyre alma superbit.
Sed mage adhuc propius Gießæ in florentibus arvis
Hassiacæ, HANNKENII indeptus, RUDRAUFFII & arcum,
Hæreseos quo castra petunt. Sed SCHWARTZIUS atrum
Heic demum fixit medium in Lipsiensibus umbris,
Promeritumque refert, Phœbo applaudente, brabeum.
Debet id ALBERTI magno, quo nititur, artis,
Debet MENCKENIO, RECHEBERGERO ac CYPRIANO,
Crantora qui vincunt, vetus & genus omne Sophorum,
Debet PFAUZIADÆ, puncta Euclidean ferenti,
Debet & HESHUSIO, SCHMIDIOque ad prælia promptis
Panfophica, ac SEELIGMANNO, nunc Lipsidos astro.

Sed

* *Ditericus, Theodoricus, dives Deo, Gottreich* / à voce antiqua
Germanorum *Deut* / quæ Deum significat. V. Luther. in
Onomatol. n. III. & Wegnerus ad hunc p. 159. nec non
Schottel. l. c. p. 1087. de Diterico autem Saxonum Rege
vid. Gödig. in EE.

* DITERICUS.

E.

*Mera alba,
in cuius me-
dio nigro sa-
gitta infixæ
est.*

L.

*Sic ferien-
dum.*

Sed rogo, quid Vati debet, qui parvus Apollo est?
Plurima LEHMANNO debet, cana ora verendo,
Plurima CARPZOVIO, hæreticas qui fulmine turmas
Grandifono sternit; nec pauca OLEARIO acuto,
PFEIFFEROque, sacris punctis certare perito.
Grator ego tactam, SCHVVARTZI, feliciter illam
Metam, quam studiis fixti ferventibus olim.
Sic feruisse decet; mittas sic spicula porro
Ad metam, & metam feries, quam præspicis, atram.
Aufa secundabit Patrii inclutus ordo Senatus,
Quique Ministerii præstant ibi munia sancti.

* B O D O . XXXI. JOHANNES ANDREAS *Munch* /
 E. Lebendorffio Saxo.

*Navis in ma-
ri cum velis
passis.*

L.
*Quo fata
vocant.*

SAxo es, Saxonici fertis ergo & nomina Regis
Bodonis (nati *Merbodi* ex sanguine magni)
Qui studuit bellis usque ad sua fata *manis*.
Bodo alias nomen *Domini* est vel *judicis æqui*,
Sed mihi legati est, alias qui missus in oras
Regis agit mandata sui. Tibi & optime *MUNNCHI*,
Legati officium dabitur, Rex ipseque Regum
Te mittet sancti resonanda ad dogmata verbi;
Sed quorsum te fata vocant? Sum mobilis instar
Navis, ais, ventosque mihi promitto ferentes,
Littus & optatum. *Vitæ* ast quæ fata peractæ?
Fortunam fabricavit, ais, mihi provida primam
Cura patris *SCHMIDII*, *Qvedlææ* *Dædalus* urbis
Qui cluit, & socii *ROSTI* labor atque *KEGELI*;
Sed magis propitii flarunt in Lipside venti.
Quicquid enim *ALBERTI*, Jason *Tiphys*que *Sophorum*,
Et *RECHEBERGERUS*, radians *Palinurus* in *Argo*

ITTI-

* *Bodo*, idem quod *Mehrbod*/fotor. vid. Wegner, ad Luther. Onomatol. p. 206. seqq. & Schottel, p. 1046. De *Bodone* autem Rege Saxonum vid. Gödig, in PP.

Stellaque CYPRIGENÆ in Sophico nunc prævia Olympo,
 Et fratres Helenæ, SCHMIDIUS, Bavarusque Myforum,
 Præter & hos OLEARIADES lux celsa Sebeæ
 ITTIGIUSque & GUNTHERUS, bina astra Sionis,
 Abstrusæ tenuere artis, doctique recessus,
 Omne mihi patuit, summa admoderante Pronoea,
 Nauticæ & instar acus cursu mihi profuit omni
 CARPZOVIUS, Patriam illustrans ceu stella Magorum,
 Et cœli quæ monstrat iter, Pater alter & hospes;
 Nec mihi non alii fulgent hinc indeque Soles.
 Nam favet & Philyres ingens CARPZOVIUS astrum,
 Qui Themidos magmenta gerit, favet & Wettini
 GLUCKIUS antistes sacer, Amsteliisque tabernis
 Notus MUNNICHIIUS, tibi & ipso sanguine junctus.
 Audio. Ni fallit me mens præfaga futuri,
 Cymba tua optati continget littora portus.

XXXII. JOHANNES CHRISTIANUS *Heil* / *HEILINGUS.
 Svevo-Memmingensis.

H*eilungus* quoque magnus erat Dux Saxonas inter,
Wilkini postfata, Duces, qui nactus Alanos
 In bello comites Belgas cum Fratre repressit.
Heilingi ergo feras, HAILI, prænobile nomen;
 Ni Vatis mens læva tui est, quem Natio Francum
 Franca sibi asseruit Franci candoris amantem,
 Multum olim Patriæ decoris dabis atque salutis,
 Fontibus expromptæ sacris. Fundamina struxti,
 Firma olim in patrio vernans ætate Lyceo
 SEYFRIDI auspiciis, linguas tradentis & artes.
 Doctrinæ sed crevit opus, cum septa subisses
 Tubingæ Aoniæ, tibi Phœbi ubi cuncta reclusit
 Antra sui CALDENBACHIUS, crinem oraque Cygnus,
 Hellada BREUNINGUS, Physin & MOEGLINGIUS omnem,
 G Socra-

E.
Calthain,
vasculo ad
solem con-
versa.
 L.
E Sole Salus.

* *Heiling* Dux Saxonum fuit frater *Willekini*. v. *Gödig*. in *KK*.

Socráticas JEGERUS opes, sacrasqve OSIANDER,
 Entheus historias, Charites PREGIZERUS amenas,
 Musarum ast cunctas præstans EFF-REHNIUS arcas,
 Nunc magni Pharos alta Ducis. Mage crevit id annum
 Ad Salæ irriguum, tibi cum secreta paterent
 Omnia BAIERI, jam scepra vicaria nacti,
 VELTHEMII atqve SAGITTARI, secretaqve DANZI,
 POSNERI, SCHMIDII, SCHUBARTI, WEIGELIIqve,
 Qvem Cæsar LEOPOLDUS amat, Consumqve salutat,
 Lipsia sed studiis majores addidit auctus,
 Lipsia candidulos nunquam aspernata Suevos,
 Cum Soles ut caltha suos sequerere coruscos,
 ALBERTI nempe aureolum, RECHEBERGIUM abolla
 Nunc Tyria indutum, CYPRIANUM, PFAUTZIUM,
 acutumqve
 HESHUSIUM ac SCHMIDIUM, natumqve ad maxima
 THOMAM

Omnia, qveis Vatem junxti Sophici ordinis umbram;
 Cumqve & CARPZOVII sacros venerabilis ignes
 LEHMANNIqve & PFEIFFERI, qvem fata vocarunt
 Saxonici ad convexa poli, radiosqve calentes
 RIVINI, ITTIGII, MACARÎ, DORNFELDII, & HORNÎ,
 Sentires, zelumqve pium, quo concio flagrat
 Docta Magistrorum, sancto affixissima libro.
 Fallor? an ut *Caltham* te mox in vase reponet
 Memminga, ex pulcro spondens sibi flore *salutem?*
 Sic est; Lipsiacum interea gratatur honorem
 Vates, fata tibi qvi candida candidus optat.

* HORSTIUS.

E.

*Lampas elly-
 chnio succen-
 so ac fuman-
 te ardens.*

L.

*Ex fumo lu-
 cem,*

XXXIII. HEINO zum Felde /
 Palæogæa Bremensis.

AD campum, ad campum. Sic exclamaverat *Horstus*
 In regnum Albionis forti cum fratre vocatus

Fun-

* Horstius cum fratre Hengisto in Britanniam à Vortigero Rege
 fuerat evocatus A. post N. C. 449. v. Gödig. l. c. RR,

Funderet ut junctis Scotos Pictosque catervis.
 Arferat a teneris jam mens Mavortia in illo
 Ungviculis, sed par lychno, tepidisque favillis;
 Ast flammis postquam fuerat succensa Britannis
 Clarius eluxit, magnosque erupit in ignes.
 Horsti aliquid, ni fallor, habes, peramabilis HEINO,
 Sed tibi acuta styli pro pilis, proque bipenni
 Penna placet, placidaque feris præ Martibus artes.
 Has tibi jam dudum insequit Stadenfis Apollo
 HARTMANNUS, sanctaque simul lux magna Cathedræ,
 Cumque hoc BUTNERUS, Clius mysta atque Seberæ,
 WILCKENIUSque & LUHNIANES, dilecta Camenæ
 Pectora ter triplicis; patriis sed missus ab oris
 Ad niveos montes, ubi adhuc divi exedra perstat
 Lutheri, sensim majores edere flammæ
 Cœpisti, & celsis tibi fumere ab ignibus ignes,
 WALTHERO imprimis, Patrem qui fervidus æquat,
 Hæreticos quondam scriptisque & voce prementem;
 Sed tibi flammæ quid non SCHURTZFLEISCHIVS,
 ingens

Argolidis Latique decus, DONATUS & acer
 Cum ROEHRENSEIO morum doctore polito,
 Cumque Sopho egregio MEYERO, cumque NEANDRO,
 Quem melior fortuna manet, majusque theatrum,
 Addidit? At nostro demum expers omnis in Hæmo
 Conspicere fumi, & clarus clarissimus inter
 Laurigeros fulges, magis inflammatus ab altis
 Solibus; hos inter radiat celsissimus unus
 CARPZOVIVS, postque hunc, SCHMIDIUS, CYPRIANUS,
 & illis

Junctus RIVINUS, SEELIGMANNUSque, coruscæ
 Lampades Eusebiæ. Sed Sol tibi major in agris
 Affulget patriis, quin summus Epopta Bremensis
 DICMANNUS, Patriæque tuæ ZUM-FELDIUS astrum,

* EDELHAR-
T U S.
E.

*Pyramis, per
quam hedera
in orbem as-
surgit.*

L.
*Te stante vi-
rebo.*

XXXIV. SVANTE GUSTAVUS DIETZ.
Roneburgo Livonus.

S Axonicos placuit Reges producere in auram
Hactenus, in tenebris velut & caligine mersos,
Sceptraque qui tenuere prius, quam gratia CHRISTI
Gentem illustravit Caroli ante ea tempora magni,
Queis Witikindi atrum Rhœbum mutavit in album.
Hic *Edelbartus* erat Rex insignissimus inter,
Hostibus adversus Francis, multumque timendus.
Quem tacuisse nefas cum sit, tibi nomina, DIEZI,
Hæc tribuo. Te nobilitat mens maxima spirans,
Nobilitant quoque mentis opes, moresque venusti,
Lausque magistrorum, quos candida fata dederunt.
Hosce inter GUNTHERUS erat fidissimus unus,
Qui te bis ternos puerum formavit in annos
Natali in gremio. Post ad Parnassia Rigæ
Tempe ablegato doctos tibi prætulit ignes
CNAUERUS, postque hunc lampas suprema Lycei
LIPPENDORFIADES; sed claram ad Lipsida misso
(Quorsum fata virum te per cuncta ora volantum,
FLEISCHERIque Charis traxit magne is ad instar,
Qui Lucio Phœboque litat) præluxit ut astrum
Doctificum ALBERTI, sidusque OLEARIUS ingens
Eusebiæ, & reliqua Aonii radiantia coetus
Lumina, MENCKENIUS, SCHMIDIUS, CYPRIANUS &
HARDTUS,

Et RECHEBERGERUS, Sarrano in murice fulgens,
Cum SEELIGMANNO, cui nil non scibile notum est,
Queis luces junxere suas GUNTHERUS, in ara
Nunc iussus lucere sacra, Vatesque creatus
CÆSARIS indultu FRITSCHI per munia magni,
MULLERUS. Sed quid tibi lucula profuit ejus,
Lipsia quem dudum audivit celeberrima, Vatem?

Nunc

* De Edelbarto Saxonum Rege vid. Gödig, in LL.

Nunc *Edelbartus* ades, *Serpis*que virentis ad instar
Ad majora *bedera*; nec fulcra ingentia defunt;
Pyramis est sanctus Rigæ FISCHERUS Epoptes,
Pyramis & patrii Martis WEINGARTIUS Atlas,
Quin etiam Myfiis FLEISCHERI gratia in oris.

XXXV. JOHANNES VVILHELMUS *WITTE.
ZIEROLD, Prato-Vallensis Misnicus. E.

V*V*ictus Heroës fuit inter maximus olim *Cybara.*
Saxonicos, *Wichto* natus, qui iuvit & ipfas L.
Aufonias aqvilas, Theodosi bellaque magni. *A variis va-*
Hunc titulum haud invitus habe, qui denotat illud *ria.*
Grande *Sophos*, cuius jam præmia summa reportas,
ZIEROLDE. In primis variæ jam Pallados annis
Te penes eluxit pulchri studiofaque virtus.
Ergo Parens, animas doctas qui semper amavit,
Te doctis etiam puerum mox tradidit Argis,
LEHMANNO imprimis, Patriæ qui vallis in umbris
Sancta oracla sonat, sed & omnes pectore Musas
Continet & Charites; quique huic successit in Annæ
Culmine, STUBELIO, quo vix feliciter alter
Buchneri exæquat genium, Veneresque latinas.
Et jam gnarus eras variæ lingvæ atque Camenæ,
STUBELIO instillante meo. Sed plura iuvabat
Discere, & a variis varias assumere Musis
Harmonias, varios ut posses reddere cantus.
KETTNERO ergo tuo comite ad Tilieta migrasti
Pliffina, ut varias tua mens comprehenderet artes
Tempore, Parnassi quo tertia sceptrata tenebat
Vates candidulus, cui te LEHMANNIA Clio,
STUBELIIque Charis verbis mandarat amicis.

G 3

Nec

* *Witte* Rex Saxonum floruit A. Chr. 383. v. Gödigijs in QQ.

Nec tua non expleta sitis. Nam scibile quicquid
ALBERTI antiquis Chrysippo ac Crantore major,
Quicquid & HESHUSIUS sapienti in pectore condit,
Svetusque abstrusos rimari CYPRIUS ortus
Rerum, ac GUNTHERUS, summi nunc præco Jehovæ,
Reclusum tibi sponte fuit. Tibi & antra patebant
Omnia THOMASII, magni hac ætate Solonis,
Omniaque HERRICHII, redivivi hoc tempore Homeri,
Scitaque Socraticis MENCKI meliora loqvelis,
Et RECHEBERGERI, Mysio nunc regis in Hæmo,
Annales sacri, FRANCKENSTEINIque profani,
Historis egregii. Tibi nec sacra clausa fuerunt
Summa OLEARIADÆ, SCHMIDIque refellere docti
Hæretici argumenta gregis. Nunc barbitos audis
Doctifona a variis varios indepta sonores,
Perque tuas valles resonas montesque propinquos.

VETUS DISTICHON

De

MAGISTRIS LIPSIENSIBUS

simul promotis:

*Ultimus & primus nullo hic discrimi-
ne habendus,*

*His binis mediis sunt que manent-
que pares.*

EXITUS.

EXITUS.

Dixerat hæc Vates propere, cunctisque Poëtis
Jure velut proprio Juvenes effinxerat omnes,
Attigerant quotquot medium in decursibus orbem,
Saxonica de gente Ducēs, Regesque vetustos,
Nomen cuique suum tribuens, solenneque scutum
Pictum aliquo; sed non indigno emblemate factis,
Saxonica in gentis, Germaniæ & omnis honorem.
Dixerat. Et quid enim? Latii terraque Pelasgæ
Se admirata diu est publicos Germania ludos,
Teutonicos tandem fas excussisse recessus,
Saxonas in primis veteres, qui SAXONIS umbra
ENSIFERI fruimur nulli virtute secundi
Herculeæ Herois. Videas jam Danica Danos,
Suecicaque ex antris Suecos producere prisca
Historiæ, quidni Teuto quoque Teutona volvat,
Vindicet & luci, quæ nocti immersa jacebant?
Teutoniæ nec pauca vigent Phœbeia vastæ
Corcula per circos, justo quæ percita zelo
Non nisi Teutonicos cœpere exquirere ritus,
Gentis & acta suæ; queis & non abnuat altum
Præsidium radiosque suos Pater ille JOSEPHI
Maximus Augusti, Regem quem Augusta creavit
Romuleum, Hungarici Regni jam sceptrā gerentem,
Octovirum præsentē choro, quos Regibus æquat
Purpura, jusque altum; LEOPOLDUS maximus, inquam,
Martēque & arte potens Heros, pellensque Gelonos

Inde

Inde truces, hinc Francigenas in nostra ruentes
 Viscera, & horrendis vastantes omnia flammis.
 Saxonica interea placuit facta incluta Gentis
 Sed tenui tetigisse metro, cursuque citato,
 Cum Juvenum fueram jussus memorare labores,
 Phœbeus quos ornat honos. Si vera videntur
 Vera minus de Saxonibus cantata Dynastis,
 Ficta* sient; namque hoc licitum quoque vatibus, & qua
 Pingere pictori placuit, quis fingere Vatem
 Posse neget, variasque illis inducere formas?
 Sed descripta rudi sunt ferme hæc omnia versu,
 Quin facili, planeque nihil spirante cothurni,
 Heroum qui Drama decet. Sic jure reclamet
 Hæc quisquam, ast tennes humilesque agnosco Camenas
 Ipsæmet hæc meas, laudis nihil indeque venor,
 Excusare tamen potest hæc vel creberrima crambe,
 (Et vatum quisnam, Philyres dum floruit Hæmus,
 Carmina tot scripsit, dignis sacrata Magistris,
 Tenuia utut, nec tersa sient) properatio & ipsa,
 Quæ cæcos properando solet peperisse catellos,
 Nomina totque artis intrudenda aspera metris.
 Omnia sed placido excusat, Diva optima, vultu,
 Aonii pars prima chori, quis cætera curet?

Clau-

*Pertinet huc, quod scribit David Chytræus in proœmio Saxonie suæ:
 Quæ Danicus scriptor Saxo Sialandus de Danorum & Saxonum
 bellis ante Christi nati tempora gestis commemorat, poëtica magis, quam hi-
 storica fide scripta, temporum etiam, ut tota ejus historia, distinctione accu-
 rata caret.

Claudo igitur ludos, placuit quos fingere, equestres,
Quando & laeta Ceres vocat ad convivia Baccho
Cum socio, & lituûm sonitus, sonitusque tubarum.
Clausa, inquam, jam sint Sophices solennia; sed Tu
Cæsareas tutare Aquilas, Rex maxime Regum,
Tutare Augustum LEOPOLDUM, atque arma secundes,
Fœdifragum ut possit sic & comescere Gallum,
Hostem ut Threïcium; Regem & tutare JOSEPHUM,
Ut post fata sui (sed sera ab sera!) PARENTIS,
Romuleo Hungaricoque diu, regnoque Bohemo
Invictus præesse queat, quin ipsa Byzanti
Mœnia, & Eoi clavem extorquere Gelonis
Imperii; tutare etiam, Rex summe, potentem
SAXONA, qui nostris facit halcedonia Musis,
Fidusque Imperio, LEOPOLDO fidus & ipsi,
Cum BAVARO BRENNOque fugat castra hostica Galli,
Saxonibus cunctis major, quos Angria quondam
Vestphaliaque habuit tellus vicina Sicambriis;
Tutare & Celsos celso de PRINCIPE NATOS,
Unanimes FRATRES, primumque in regna profectum
Extera, & Italicas lustrantem cominus urbes
Præsidio cinge angelico, præstaque vigentem,
Ut Patriæ possit nil læsus reddier Aula,
Et nostro huic quondam dare grata umbracula Pindo.
SAXONICAM tutare omnem, DELLIS optime, RUTAM,
Quæ longe lateque viret, servaque virentem;
Dum dum RUTA viret, laureta & nostra virebunt.

H

BONUM

9A 1m
2907

BONUM OMEN

De

Serenissimo ac Potentissimo Hungariæ

REGE

JOSEPHO

In

REGEM ROMANORUM

Augustæ Vindelicorum electo & d. XXVI. Jan. styl. nov.
An. clō Ibc XC. solennissime coronato.

JOSEPHUS CRESCET! Sic Isacida* illa sonabant
Ultima, quæ cecinit jam moriturus Olor.

JOSEPHUS CRESCET quoque Magni CÆSARIS
Hæres,

AUGUSTUS * duplex quin erit, imo triplex?
Fallor? an & quadruplex? quin Induperator Eoi
Regni erit, Occidui si Induperator erit.


CRESCAT iö JOSEPHUS iö! Sic crescet, ut olim,
Romuleum Imperium, crescet & ipsa Salus.

* Genes. 49. 22. * Joseph ab Hebræa voce יוסף addidit, auxit.



VO 17

W. C.



Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including 'ATVA' and 'FORLIES'.

Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including 'TOF' and 'BRNE'.

